Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Christian Gottlieb Koch

Labyrinthus Chiliastarum Inextricabilis seu Solida Demonstratio, Hymenaeum atque Philetum : Quorum 2. Timoth. II. 18. sit mentio, Futuram corporum resurrectionem negasse, & ideo a Paulo Satanae fuisse traditos. Chiliastis nostri temporis, & inprimis Dn. D. Johan Wilhelm Petersen opposita & ab eorum, praecipue huius strophis vindicata

[S.l.], 1697

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796447519

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Pr 366 p
Ind 60 p
Pr. Ind 124.
91.
W. 78
Pr. 62
46.
44.
44.
36.
42 —
70
32
32
46
53
176
96

51c. 7.

1 Kupfer Titel

Fg—1076.1–26.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn796447519/phys_0002
DFG

Index.

1. D. Hannekenij de vera A.C.is aestimatione.
2. D. Meisneri de Vero Christiano: et Mengeringij de Impedimentis Christianismi.
3. M. Gebhardi Isagoge in Apocalypsin.
4. D. Petersen der Geist Diotrephes.
5. Außbreitung der Kirch in der letzten Zeit.
6. Koch Labyrinthus Chiliastarum inextricabilis.
7. M. Schad die schändliche praxis des Beichtstuhls.
8. Dav. Haerings deutliche Vorstellung des rechten gebrauch des Beichtstuhls.
9. D. Polkij S. Cathedra Confessionalis. Disp. 1.
10. Matth. Drecmanni de statu Ecclesiae hodierno.
11. D. Mayeri Offenbahrer Widerlag D. Speners. 3. Monat.
12. D. Thomasij Haeresin non esse crimen.
13. Anonymi Repetitio doctrinae de Fundamento Fidei.
14. D. Neumanni de Reformatismo Ecclesiae.
15. De Papatu Ecclesiae orthodoxae.
16. De Excidio Antichristi.
17. D. Deuthmann Holosoter.
18. D. Hannekenij Logi evagantes.
19. De Vero verae pietatis exercitio.
20. Matth. Boot Revelatio profundorum de tenebris.
21. Morgenbesserte Prüfung des Holl. Quaecker pulvers.
22. 23. M. Beckij Disquis. Philologicae de versione Biblior. Luth.
24. M. Michaëlis Epicrisis in illas Disquisitiones.
25. M. Dassovij Consensus Rabbinorum cum mente Lutheri.
26. M. Grapij De versione Bibliorum Lutheri Germanica.

LABYRINTHUS CHILIASTARUM INEXTRICABILIS

seu

Solida Demonstratio,

HYMENÆUM

atque

PHILETUM

Quorum 2. Timoth. II. 18. fit mentio,

Futuram corporum resurrectionem

negasse, & ideo à Paulo Satanæ

fuisse traditos,

Chiliastis nostri temporis,

& inprimis

Dn. D. Johan Wilhelm Petersen

oppositа

& ab eorum, præcipue *hujus* strophis

vindicata,

à

CHRISTIAN Gottlieb Koch

Christophori Filio.

Virgilius lib. V. Æneid. descript. Labyrinth.

Mille viis habuisse dolum qua signa sequendi
Falleret indeprensus & irremeabilis error,
Hic labor illa domus & inextricabilis error.

Anno 1697.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796447519/phys_0005
DFG

DEO

Ejusque afflictæ

ECCLESIÆ

Primitias hasce

humillima

manu,

Devotissimaq; mente

consecrat

Auctor.

Benevole Lector.

EA dicitur Labyrinthi natura, aditus ut sit facilis, reditus ex illo difficilis,& plane nullus. *Pancirollum* enim si hac de re audimus, eum ita differentem habemus Rerum Memorab. Deperd. p. m. 182 : *Viæ ejus subterraneæ adeo intricatæ fuerunt, ut, qui has ingressus esset, inexplicabili errore duceretur, ut exitum invenire nequiret, ideoq; Labyrinthum appellabant.* Nam ut *Fungerus* Etymolog. Trilingv. p. m. 409 recte exponit, est ἀπὸ τὸ μὴ θύρας λαβεῖν, quod januam habeat nullam. Hinc quoque *Polydorus Virgilius* de Invent. Rerum lib. III. c. X. p. m. 257. *portentosissimum humani ingenii opus* vocat. Horum juxta Pancirollum, Polydorum Virgilium, Fungerum, aliosque quam plurimos quatuor saltem fuere in orbe, ast non peccare mihi videor, si dicerem,& hodie qvintum se aperire, eumque Chiliasticum. Nam ut in Labyrintho pededentim processus fit, modo per hanc, modo per illam januam itur, donec tandem viam intercluſam, nosq; deceptos videmus. Eodem modo se res habet cum nostris Chiliastis. Egêre aliquamdiu per cuniculos, latitarunt per tempus in suis speluncis, usi sunt ab initio pelle vulpina, donec illis videretur, leoninos ungves ostendere. Mutatâ itaque rerum facie, gratiaq; nonnullorum erga hos fanaticos accrescente, crevit in illis animus, & quod animo presserant, clarissime effutiunt. Videbis facile scopum, quo mea verba colliment. Nihil prius, nihil antiquius Chiliastis nostris fuit, quam Antichiliastas ut premerent, opprimerentq;, & quos

manu (more avorum) trucidare non poterant, eos lingvis venenatis enecarent. Hinc audiunt *hostes manifestatæ veritatis*, traducuntur *corruptum illud Babel*, & quod omnem admirationem transcendit, *Hymenæi atq; Phileti consortio adjunguntur*, quos à Paulo Satanæ traditos esse, ex Scriptura novimus. Aditus ad hanc diabolicam detrectationem fuit facillimus, ut enim hominum genus est rude, ineptum, solidam eruditionem spernens, verbis saltem studens, suoq; male sano genio nimium indulgens, sic fuco etiam crassissimo facile decipitur. Qvoties apparet resurrectio, promptissimi accedunt ad fanaticam illam, quoties oculis obvenit regnum, obnubilati Chiliasticum videre credunt. Accidit illis idem, quod deperdite amantibus evenire solet, quibus somnia arrident, & in his felices, nescio quam felicitatem augurentur. Sic decepti Chiliastæ, alios fallere studeant, quod ut effectum dent, sepositis blanditiis ad convitia confugiunt, & horum obstructa janua, immittunt se in labyrinthum, ut omnes Antichiliastas Hymenæi atq; Phileti sodales proclament. Vociferationes hactenus audivimus satis multas, probationes autem aut plane nullas, aut quam maxime absurdas. Hinc modo ad hanc, modo ad illam januam accurrunt, clavem petunt, & hac etiam aperta, exserit se statim alia, ita ut finem plane nesciant, exitumq; ignorent. Toties plenis faucibus eructarunt has calumnias, & cum satis clare ipsis demonstraturus sim, *Hymenæum atq; Philetum futuram corporum resurrectionem negasse, & ideo à Paulo Satanæ fuisse traditos*, nullo sane videre possum modo, qui se extricare, remeareque possint. Equidem plus vice simplici admiratus sum, qui fieret, ut nemo hanc arduam, & intricatam materiam ex professo ventilaret, petulantiamque Chiliastarum refrenaret. Nam quæ Clarissimus *Ittigius* in Appendice de Hæresiarch. hac de re pertractat, non nisi incidenter, ut loqui amant, attingit, nec famem sedare possunt. Cui si propositum fuisset,

hanc

hanc materiam secundum suam dignitatem elaborare, certe ut in omni eruditionis genere est versatissimus, & inprimis in Antiquitate Ecclesiastica vix parem habet, sic quoq; fuisset, ut de erudito, exactoque Scripto hac in re nobis gratularemur. Verum cum nulla spes adesset, proposueram mihi hanc crucem Historicorum accuratius paulo deliberare, & quæ inter meditandum occurrerent, consignare; Quæ notata cum Eruditissimo cuidam Viro digna viderentur, ut impressione communicarentur, nolui, Lector Benevole, Tuo commodo, quod ex levi hoc scribendi genere oriri potest, obesse, sed ut propter alios vivimus, ita & propter alios laborandum duco. Finem quem mihi proposui, omnino me assecuturum esse spero. Est enim is gloria Dei, quam ut in reliquis meis actionibus, ita inprimis in Scriptis quæro. Cessent reliqua omnia, hæc manebit, & quo severior Chiliastarum erga me furor, eo dulcius ejus præsidium, quo venenatiores eorum calumniæ dentesque, eo gratius ejus verbum. Sæviant, omnia scommata eructent, scribant epistolas calumniatorias & diffamatorias (vulgo Pasquill) ceu hactenus fecerunt, ab hoc meo Deo me nunquam avellent, nec unquam propositum meum mutabunt, gloriam ejus contra hos fanaticos defendendi. Quod autem emolumentum tibi, Lector Benevole, ex hoc accedere poterit, meum non est, exponere. Si hactenus fluctuasti, quænam fuerit genuina & propria Hymenæi atque Phileti sententia de jam facta Resurrectione, eam hic clare invenies, si nosse desideras, quare Satanæ sint traditi à Paulo, leges ibidem. Si obstacula in Chiliastarum Scriptis legere putas, remota cernes ibidem. Et ut verbo omnia complectar, quicquid hac de materia apud tot auctores invenire, multisque deliberationibus assequi potui, id omne in tuum usum atque commodum collectum, deductumq; invenies. Vis hoc in negotio scripturarum explicationem, claram firmamque illam habes. Vis venerandæ

dæ Antiquitatis consensum, habes eundem, vis tot Clarissimorum Virorum testimonia, habes & illa, vis responsiones ad strophas machinasque adversariorum, habes & illas Quare afferant Chiliastæ Scripturam, leges, quod infringere non poterint. Ostentent se cum sua misera lectione Patrum, invenis quos opponas, quorum auctoritatem in dubium vocare nequeunt, veniant cum suis exceptionibus, non deerunt illa, quibus eas elidas atque triumphes. Fateor molestæ molis erat, hæc conqvirere, sed infinitæ planeque impossibilis (absit verbis jactantia) erit Chiliastis, ea destruere. Stringat D. Petersen pennam, acuat ingenium, armet se quocunque modo velit, ridebo ejus insultus; Tu autem L. B. exorandus inprimis es à me, ut si quæ non ita congrue, aut ita accurate posita sunt, ea pro Tuo candore, atque benevolentia excuses, æquitatemque stricto præferas juri. Si non ita distincte, non ita clare, non ita acute hæc partractavi, consideres velim & materiæ gravitatem, meamque ætatem. Ducem habui nullum, & si interdum à tramite aberrassem, quis æqui amans mihi ita verteret vitio? Quæ commisi errata, eorum convictus depono, nec mea agnosco, & quæ male dicta esse probas, ea nec ego dicta volo. Hinc eum Te & Lectorem & Censorem expeto, qualem æquitas postulat, & si ostenderis has primitias Tibi non displicuisse, cum Deo & die nonnulla rarisimi argumenti v. g. de ἀποκαταστάσει Act. 3, 21. *Justino Martyre verè Anti Chiliasta & Chiliasmi inimico quam maximo* aliaque nonnulla poscere à me poteris.

Laby-

Labyrinthi CHILIASTARUM Inextricabilis

Sectio I.

Præliminaris.

SIc satis diu brutum fulmen vibravit D. Petersen, libereque, non tantum in Ecclesiam Lutheranam, sed & Reformatam, Pontificiamque debachatus est, quarum Doctores Chiliasmum fanaticum rejicientes, ipsi Diabolo tradendos, plus quam Papali auctoritate dictitavit. Quis procaciorem? quis turbulentiorem? quis pernicioſiorem spiritum unquam vidit, quam eum, qui in novello nostro Propheta surgit? Continuere se olim Hæretici suis cancellis, læserunt orthodoxos calumniis, aut aliis ludibriis, hos limites non tantum suis detrectationibus consvetis transilit Chiliasta, sed & omnes AntiChiliastas Diabolo devovens in sinu gaudet, tripudiat, & quasi de re bene gesta gloriatur. Imitatur Quackerorum morem, de quibus auctor de *l'Histoire abregeé* c. XX. p. m. 138. ait: *pour se mieux cacher ils ont laisse entrer dans la Secte toutes sortes de Phanatiqves. Tout y est bien venu, pourveu qv'on en prenne bien l'Esprit, qui est un esprit de haine & d'aversion pour le corps des Protestans. Et ils ressemblent en cela parfaitement au Papisme, qvi ouvre son scin à toutes sortes de personnes, quelque opinion qv'*

ils

ils ayent, pourveu qv' ils se conforment seulement à son exterieur, & au gouvernement deja établi & qv'au reste ils sachent bien invectiver contre les Protestans & declamer contre la reformation.

His inquam in nonnullis similis est D. Petersen, in nonnullis autem longe pejor. Qui revelationes jactitant, Chiliasmum fovent, de Spiritu & lumine interno, immediatoq; quotidiè loqvuntur, hospites sunt gratissimi, cives sunt cœlestis illius Jerusalem, pii illi sunt, ipsiq; Deo similes. Ast hæc qui spernit, revelationes immediatas in dogmaticis rejicit, Chiliasmo fanatico obicem ponit, spiritum illum fanaticum ridet, ejiciendus is non solum ex eorum fanatico cœtu, sed fulmine feriendus excommunicatorio, diabolo devovendus, nec dignus nomine Christianorum. Habent Qvackeri rationem Pontificiorum, non insectantur hos, licet libere debachentur in Protestantes, hanc non observat D. Petersen, omnis, cujuscunq; is sit religionis, qui Chiliasmo resistit, Hymenæi atque Phileti sodalis est, è contrario, sit cujuscunq;, aut etiam nullius Religionis, modo de spiritu loqvatur, Chiliasmum defendat, ejusq; stercora pro aromatibus suscipiat, Frater veritatis est. O quam egregie non loqvitur hac de re auctor de *l'Histoire abregeé* in præfatione: *Leurs amis & leurs fauteurs, les Libertins & les Deistes du temps ne pouront soufrir, qv' on attaque ainsi leurs chers compagnons, & les complices de leurs conjuration contre le Christianisme Mais je leur declare, que je tiens leur tolerance ou defense du Qouakerisme pour le comble de l'impiete & pour une veritable conspiration de Deistes, pour perdre la Religion Chretienne.*

Eodem modo facile colligere possum, me odium & Chiliastarum, & omnium fanaticorum incursurum esse, cum perpeti non poterint, quod illorum conjurationem contra Religionem Christianam detegam; Verum cum *is qui mendacium*

dacium dicit, & qui veritatem occultat, uterq; reus sit, ille, quia nocere desiderat, hic quia prodesse non vult, nolo reatum istum mihi contrahere, sed satis clare, liquidoque ostendere, hos nostros fanaticos, confluxum non solum omnis impietatis esse, sed inprimis veram conspirationem adversus Religionem Christianam. Nam quæso quid pii in istis fanaticis, qui omnia scripta sua calumniis dirisimis contaminant? Quid pii, qui ex mendaciis & calumniis compositi sunt? Quid pii in iis, qui Pharisæorum more Christi discipulos contemnunt, se justos, pios, innocentes, & à peccatoribus segregatos venditant. Sed hæc inquirere hujus loci non est, cum eorum fraudes fallaciasq; satis detexerit Maxime Reverendus *D. D. Schelwig.* hoc autem demonstrandum erit mihi, *colluviem hanc fanaticorum, eum sibi præfixum habere scopum, Religionem ut Christianam evertat, atq; eradicet.*

Unde initium demonstrandi sumam? cum omnia Antesignani, D. Petersen, scripta hisce machinis, telisq; sint oppleta. Perpendite, per Deum oro, impia illa verba, quibus *Nubem Testium* (nomine) *Veritatis* (reipsa omnis falsitatis) concludit, atque obsignat: *Sic pudefient in Seculo venturo omnes Regni ἀντιλέγοντες, atque inter rejectos & contumaces numerabuntur, Hymenæi & Phileti Sodales, à Christo Rege Regum, ac Domino Dominorum ferreo Sceptro domandi &c.* Et in ipsa Nubecula lib. II. p. 48. quæ ibi vide.

Locus, in quo Spinosa hæc jecerat fundamenta, reperitur, P. I. **Sendschreiben** 11. p. m. 12. Diese H. Lehre von dem Reiche JEsu Christi mit der Erscheinung seiner Zukunfft/ dazu alle/ die in Christo in seinem Creutz-Reiche gelebet/ und gestorben / eine völlige Hoffnung in der Aufferstehung der Gerechten haben / Luc. 14/14. Luc. 20/35. ist nachgehends von den falschen Lehrern / unter welchen der Hymenæus und Philetus waren/ sehr bestritten worden / welche den Ort Esai. 26. da es heisset: Aber deine Todten werden leben/

und mit ihrem Leichnam aufferstehen / und denen Worten vers.14. entgegen gesetzet werden / auff die damahlige Aufferstehung der Heiligen/die mit Christo bey seiner Aufferstehung aus den Todten schon aufferstanden waren/hingezogen / und gegen des Apostels Pauli Lehre lehreten / daß die Gläubigen die itzo lebeten/und ins künfftige leben würden / sich vergeblich mit einer sonderbahren Aufferstehung zu seinem Reich trösteten/und mit vergeblichen Worten herumführen liessen. Deñ die Worte der Propheten giengen nur auf das Exempel derer/ da viele Leiber der Heiligen aus ihren Gräbern mit ihren Leichnam auferstanden wären / und da hätten die Verheissungen ein Ende genommen/ und wäre nicht mehr / als eine allgemeine Auferstehung aller Todten / da alle Gläubigen und Ungläubigen zugleich aufferstehen würden/zu gewarten. Et quis omnia illa loca adducet, cum nullum ferme sit scriptum fanaticum, ex Peterseniano domicilio profectum, in quo non AntiChiliastæ hoc Hymenæi atque Phileti titulo ornentur.

Sic non sufficiebat nostro, errorem pertinaciter defendere, & contradicentes *refractarios manifestatæ veritatis, inimicos temporaliter & æternum puniendos vocare*, **Ablehnung der Auflagen** p. 16, sed ut magis impios suos affectus proderet, AntiChiliastas Satanæ tradendos imperitus insulsusq; ille vociferat. Audacter, impièque id de meo Parente asserit φανερώσει p. 42. Wil nun der Herr Koch nicht mit unter die Gesellen verbanneter Irrgeister gerechnet werden/so glaube er mit mir/und den H. Vätern/nach dem Zeugniß der H. Schrifft die prærogativ der ersten Auferstehung/ und kämpffe in Gedult den guten Kampff des Glaubens / auf daß er auch/wie ichs ihm wünsche / Theil daran habe / und die gesegneten tausend Jahr auf der Hochzeit des Lammes mit Christo regiere. Operæ pretium esset, relicta claritate atque luce veritatis cœcissimum hunc ductorem sequi, & sub ejus

Nube-

Nubecula velut centone Atheorum, Naturaliſtarum, Fanaticorum ſtultorumq; requieſcere.

Pergit nugator nugando p. 47. Er erſchrecke vor ſolchem Anathemate, welches ihn eben ſo wohl betroffen hätte/ wenn er zur Zeit des Hymenæi und Phileti gelebet / als mit welchen er wohl in ein Horn würde geblaſen haben / wie er itzo thut/und mit ſolchen Kätzern dieſe H. Warheit ſo præfracte leugnet. Denn zu der Zeit war dieſe H. Lehre von der prærogativ der erſten Auferſtehung zum Reiche nicht ſo unbekand/ als nun ſie eine lange Zeit geweſen iſt/wie ichs in meiner Nube teſtium Veritatis erwieſen habe / weßwegen der Apoſtel Paulus gegen ſolche Kätzer/als refractarios veritatis divinæ hoſtes alſo ſcharf hat ſchreiben / und ihren Leib dem Teuffel zur Geneſung des Geiſtes übergeben können. Nachdem nun eben dieſe Warheit wieder hervorbricht / und GOtt ſie bey Herannahung des Reichs/welches Apoc. XX beſchrieben iſt/mit ſolcher Krafft wieder offenbahren läſſet / ſo ſehe der Herr Koch zu/daß er nicht etwas von ſolchem Anathematiſmo empfinde/wo er noch dieſer meiner vorgelegten Offenbahrung der Warheit gegen ſein Gewiſſen ein bitteres / feindſeliges/ und widerſprechendes Hertz zeigen würde.

Miramini autem hominis, dicam audaciam, an ſtultitiam, qua de omnibus contradicentibus ſcribere non erubeſcit p. 39. Daß ich ſolche mit Hymenæi und Phileti Geſellen verglichen/ die gegen die erſte Auferſtehung ſtreiten/diß mache der Herr Koch mit Paulo aus/ der hat es uns alſo beſchrieben/ daß dieſe Irrgeiſter ſolche geſegnete Auferſtehung und die Mitherrſchung mit Chriſto/ die auf ſolche erſte Auferſtehung folget/ geleugnet haben. Nun wird es zwar denen/ die nicht ſo in der Schrifft erfahren ſind/alſo nicht zugerechnet werden/ als welche kein Licht davon haben / und auch nicht dagegen ſtreiten / es ſey denn / daß ſie von ihren Lehrern angeflammet/ und mit zu läſtern anfangen/was ſie nicht verſtehen/ worüber

sie auch Rechenschaft geben müssen. Aber die sich rühmen der Schrifft Meister zu seyn / und mit einer widerspenstigen Seele/und erbosten Gemühte wider die aufgehende Warheit dem Sohn diß Reich disputiren/das Ihm der Vater gegeben hat/die wird Er am Tage seiner Erscheinung für seine Feinde halten/und ihnen schwer genung fallen.

Retinet hanc procacitatem, & ut bene factam defendit l. c. Was die Exempel und die Lehre des Hymenæi und Phileti anlanget/damit ich die Verläugner des Reichs Christi/und der ersten Auferstehung zum Reiche/verglichen habe / so wiederruffe ich solches nicht ; denn weil sie so grob gewesen / daß sie mich und die Lehre/die ich von Christo und seinen Aposteln gelernet/eine Kätzerische Meinung genant haben / so habe ich repliciret/ihre Lehre/da sie contradictoriam führeten / wäre mit Warheit also zu nennen/weil sie eben das läugneten / was Hymenæus und Philetus geleugnet. ꝛc.

Habetis itaq; qui Chiliasmum rejicitis, cujuscunq; Religionis aut Sectæ sitis , peremtoriam vestram sententiam, quam procax Chiliasta plus quam Papali auctoritate dictitat. Sic Serenissimus *Elector Saxonicus*, sic Serenissimi *Duces Brunsvicenses & Luneburgenses*, sic orthodoxi ad unum omnes in Imperio Romano Germanico sub Diaboli potestate sunt. Aspicite nunc frontem Chiliastæ, cernite quomodo non solum in ipsos Lutheranos , quos nominetenus fratres exoptat,sed & ipsos Reformatos debacchetur,**Ausbreitung** p.63. Alle zänckische Reformirten/welche mit ihm und allen zänckischen Lutheranern in einem aufgeblasenen hoffärtigen Geist das gesegnete Reich J. C. und die Auferstehung zum Reich feindlich läugnen/ und die in der H. Offenbahrung beschriebene τὴν ἀνάστασιν τὴν πρώτην schon geschehen zu seyn vorgeben/und diese H. Lehre lästern und verkätzern / dieselbige sind Hymenæi und Phileti Gesellen.

O eruditissime Calvine ! O vos ejus clarissimi Socii !

O ad

O ad miraculum erudite Ussseri ! O Altingi ! O Walæe ! O Maresi ! O Areti ! O tu Anglorum celeberrime Prideaux ! & quid de vobis, auctores Expositionis fidei dicam. Horreo repetere impia verba Chiliastæ, deplorate vestros fidei socios, deplorate nostra tempora, in quibus & vos, & vestri libri, Chiliasmum rejicientes diabolo, horreo dicere, tradimini. Verum cum longas potentesq; Reformatorum manus sentiat, atq; suboleat, pessimorum hominum mores sectatur Chiliasta, & confugit ad id : *Si feciſti nega.* **Rettung der Warh.** p. 8. Für dißmahl leugne ich den Minorem, daß die itztbenahmte Religions-Verwandten ins gemein diese zur letzten Zeit aufgehende Warheit bey Herannahung des Reichs Christi præfracte und wissentlich leugnen und lästern/ sintemahl sie dieselbe Warheit noch nicht eingesehen/ noch untersuchet/ sondern sie nur vielmehr promiscue unter dem verhaßeten Nahmen des fleischlichen Chiliasmi verworffen haben/ &c. &c. reliqua quæ garrit vetularum more, non merentur afferri.

Quomodo hæc conveniant, cum iis, quæ supra adduxi, divinare nondum possum. Maximo autem flagro desiderio audiendi ea, quæ Chiliasta ad hoc argumentum sit responsurus : Qui negat resurrectionem primam in sensu Chiliastico, & Chiliasmum fanaticum rejicit, is est sodalis Hymenæi atq; Phileti. Major hæc propositio est ipsius Chiliastæ. Subsumo : Omnes Reformati hodierni, plurimiq; Pontificiorum eam negant, atque Chiliasmum rejiciunt, E. Omnes Reformati hodierni plurimiq; Pontificiorum sunt sodales Hymenæi atque Phileti. Minoris probationem quanquam infra satis dabo, cum celeberrimos Scriptores sum adducturus, interim sufficere jam illi potest, quod *Voetius Disput. Select. Tom II. p. m. 1264.* ait : *Recentiores Commentatores in Apocalypsin, qui quidem mihi noti sunt, Protestantes* NB. Uno Ore Hanc Fabulam (Chiliasmum) Rejiciunt. Quam versatus

ſatus autem in notitia Scriptorum, eorumq; lectione fuerit, oſtendit *Morhoſius Polyhiſt. p. m. 245. Ut fuit vir multæ lectionis, potius, quam judicii, ita magno ſtudio cumulavit auctores, in doctrina, quam proponit.* Hic ſe exerceat Chiliaſta, dicat clare, num majorem aut minorem neget? Caveat autem ſimul, ne utraq; præmiſſarum admiſſa, eorum odium in ſe concitet, quorum clementia, gratiaq; tamdiu abuſus eſt.

Vaniſſima futiliſſimaq; illa exceptione hoc non tollit, ac ſi veritas illa antehac non ita clare apparuerit. Quid addidit thraſo noſter de ſuo? nihil, aliis erudita ſurripit, furatur, eorumq; plumis ornatus ſuperbire ſtudet. Quam miſere in hoc opere verſatus ſit, oſtendit ſatis *Chiliaſta Plagiarius*, & quam parum aut, ut verius dicam, nihil addiderit, revelat *Deſperata Chiliasmi Cauſſa.* Porro oſtendat diſcrimen, ob quod nos hodie infeliciores eſſemus noſtris majoribus. Aſſerere conatur in Nubecula, Patres Chiliaſmum foviſſe, quanquam falſo, id quod iterum detegit *Deſperata Chiliasmi Cauſſa.* Nonne hi noſtri majores magis obligati fuiſſent, in his fidem ſuam Millennii fanatici ponere, quam in hoc noſtro, D. Peterſen? aut blanditur ſibi, ſe majorem eſſe ipſis Patribus? Cuſtodis officio Lactantii fungi non detrectatur, qui ergo eſſet ſuperior? Aut putat ideo nos obligatos eſſe ad recipiendum Chiliaſmum, quoniam ſemet ut novellum Prophetam ſiſtit? Exhibeat ſuam vocationem à Deo, oſtendat immediate Spiritum S. ſecum loqui, aperiat illas literas, in quibus poteſtatem illam abſolutam à Deo accepit. Satanæ tradendi, qui Chiliaſmo fanatico ſeſe opponunt. Hiccine ſpiritus Chriſti, qui deperdita & amiſſa vult ſervare? Hiccine Chriſti ſpiritus, qui increpat diſcipulos admonentes, ut ignis de cœlo deſcendat. O ſi facultas cum voluntate in Chiliaſta noſtro eſſet connexa, Magdeburgum diu delevisſet, omnibusque Anti-Chiliaſtis unam cervicem exoptaſſet, quam uno ictu ferire truncareque poſſet.

Mira

Mira certe Logica Chiliastæ, qua neque Lutheranos, neque Reformatos, neque Pontificos damnat, contradicentes autem Chiliasmo Satanæ devovet. Perinde ac si diceres: Castigandum dicimus maledicentissimum Chiliastam, qui omnes Anti-Chiliastas Hymenæi atque Phileti sodales venditat, sed non dicimus castigandum D. Petersen. Qualis nugatorius concludendi modus? aut quod eodem redit, cum *Roberto Brovvn* dicente, se verberare uxorem suam non qua uxorem, sed qua pessimam vetulam. Ex hujus schola venit arguta D. Petersen distinctio, se non damnare Lutheranos, Reformatos & Pontificos, ut tales, damnare autem eos ut contradicentes Chiliasmo. Ut autem D. Petersen melius informetur, accuratiusque imposterum distinguat, commendo illi *Noldii Leges distinguendi* ubi p. 21. responsionem satis superque inveniet.

Cum & hic aqua hæreat, audite in quod barathrum incidat Chiliasta φανερως. p. 48. Es hat auch weder ein Christlicher Papiste, noch Christlicher Reformirter, so viel mir wissend/ gegen diese Warheit geschrieben/ sondern nur Herr Koch/ und seines gleichen / unter dem so genandten Lutheranern. Qui? Doctoris titulo superbit Chiliasta, & nescit, Reformatos atque Pontificios contra Chiliasmum fanaticum scripsisse? Ubi nunc lectio illa elegans, quam persvadere aliis voluit? Supra jam audivimus Voëtium, apud quem Protestantes uno ore fabulam Chiliasmi rejeciisse dicuntur. Num hi non sunt Christiani? Nonne *Crotius*? nonne *Walæus*, nonne *Heideggerus* Chiliasmum rejecerunt. Ast quis adeo infrunitus, ut negaret eos fuisse Christianos? offert se jam occasio producendi nonnulla ex Reformatorum Ecclesia, ad retundendam summam Chiliastæ impudentiam. *Confess. & Expos. Fidei Christianæ* C. XI. Syntagm. Confes. Lib. 1. p.m. 18. *Damnamus Judaica somnia, quod ante judicii diem aureum in terris sit futurum seculum, & pii regna mundi occupaturi*

pa turi oppressis suis hostibus impiis. D. Petersen vero Judaica somniare somnia, brevibus quidem, sed satis clare ostendi in *Chiliasta Judaizante*, cui responsum adhuc debet. Hi ergo auctores secundum mentem Petersenianam non fuerunt Christiani.

Sed advocemus quoque alios auctores, non infimæ sortis apud Reformatos. *Calvinus* lib. III. Instit. C. XXV. p. 500. Edit. Genevens. 1609. *Je ne reciteray pas au long qve deja du tems de S. Paul il avoit commencé à l' (resurrection) ébranler; Mais tantôst apres sont sortis les Chiliastres, qvi ont voulu accourcir le regne de Jesus Christ & le restreindre au terme de mille ans. Or leur badinage est si puerile, qv' il n'a besoin d' être refutè non plus qv' il n'en est digne. Et l' Apocalypse, de la qvelle ont prins couleur pour couvrir leur erreur, ne leur favorise en rien, veu qve le nombre de mille dont il' est là fait mention, ne se rapporte point à la beatitude permanente de l' Eglise, mais à beaucoup de revolutions, qui devoyent advenir pour molester l' Eglise.* Et post multa alia recte omnino effert. *Finalement, ou telles gens* (Chiliastres) *sont fort ignorans des choses divines, ou* NB. *ils s' efforcent d' une grande malice à renverser toute la grace de Dieu & la vertu de Christ.* Et concludit tandem. *Parqvoy laissons tels babillars. afin qv' il ne semble, qve nous les jugions dignes de responses contre ce, qve nou avons dit au commencement.* Quid clarius dici poterat de Chiliasmi contemtu?

Attendite autem quid respondeat Chiliasta **Aufbreitung** p. 65. Was die Worte des Calvini betrifft / die er gegen mich angeführet / so sind sie nicht gegen mich / sondern ich kan eben dieselbe in terminis terminantibus mit ihm bekennen und sagen: quod opinio Chiliastarum, qui paulo post tempora Pauli secuti sunt & mille annis Christi regnum finiendum dixerunt, commentum sit puerilius, quam ut refutatione vel indigeat vel dignum sit. Den solche Chiliasten, die gelehr-

gelehret / daß das Reich CHristi nur in 1000 Jahren eingeschlossen sey / und daß er nicht mehr nach Verfliessung derselben Jahre auf keinerley Weise regieren werde / dieselbe sind je und je von denen Patribus, die das 1000 Jährige Reich CHristi bekandt haben / öffentlich verworffen / und werden von mir eben so wol verworffen / als der ich glaube und bekenne / daß CHristus nicht allein auf eine sonderbahre Art und Weise die in der Apocalypsi am XX. benennte 1000 Jahr regieren / sondern auch nach Verfliessung derselben mit seinen Heiligen auf eine andere Art / und œconomie in Ewigkeit der Ewigkeiten regieren werde. &c. Ut in his nugis sine fine prolatis brevibus me expediam ℟. ubi legit Chiliasta, eos saltem à Calvino rejici, qui NB. tantum mille annorum regnum Christo tribuunt, quam fraudulenter agit, cum infarcit quædam, & ex propositione simplici exclusivam efficit. Ad hæc, unde probabit, exstitisse Chiliastas quosdam, qui abutentes Apocalypsi XX. tantum mille annos regno Christi adscripserint ? Arguo Qui siniſtre interpretantes mille annos Apocalypticos regnum Christi mille annorum asserunt, illi recipiuntur à Calvino. Atque Chiliastæ nostri siniſtre interpretantes mille illos annos Apocalypticos, regnum Christi mille annorum asserunt, E. Chiliastæ nostri a Calvino sunt rejecti.

Videamus quoque *Usserium* de *Christianarum Ecclesiarum in Occidentis præsertim partibus Explicat. Hist.* C. 1. p. 8. leget ibi Chiliastarum somnia jamdudum esse explosa ab omnibus. Consulat qvoqve Chiliasta *Aretium* Problem. Theol. Loc. XVIII. p. m. 224. Evolvat *Henricum Altingium* Theol. Problem. Loc. XX. p. m. 774. Adjungat hisce *Davidem Pareum* Comment in Apocalypsin, ubi Chiliastas refutatos videbit. Adeat Johann. *Prideaux* Lect. ann. Oper. Theol. p. 176. Evolvat *Maresium* Porismat. Theol. in Cateches. publ. Fœderat. Belgic. Dom. XLVIII. p. m. 373. E-

undem qvoque in Colleg. Theol. Loc. XIV. §. 94. p. m. 581. &c. &c. Hi omnes sunt ex Reformatorum Ecclesia, dicat nunc Chiliasta, num eos Christianos agnoscat, nec ne? Num sint Hymenæi atqve Phileti sodales necne? num sint Satanæ tradendi nec ne? Si dicit eos non esse Christianos, eos esse Hymenæi atqve Phileti sodales, eos esse tradendos Satanæ, cernite qvæso, qvam viperam, qvem serpentem alatis in vestro sinu, qvi pro lubitu & oblata commoda occasione pejora conabitur. O qvam venenatus homo, qvi integras Ecclesias excommunicare audet, qvis eam audaciam unqvam vidit in hæretico etiam pessimo?

De Pontificiis ut multa dicam, frustraneum est. Possem adducere magnum Annalium Parentem *Baronium* ad A. C. 373, possem afferre Ludovicum *Aurelium Perusinum*, Baronii Epitomatorem. Loquentem audiremus qvoqve *Estium* Annotat. in difficil. Script. loca p. m. 1236. Ipsam qvoqve Ecclesiam Græcam apud *Metrophanem Critopulum* p. m. 62. Edit. Helmstadii a nostris partibus stantem haberemus. Sed qvid operam perderem, cum Chiliastæ ferrea frons in pertinacia sua pergat, ipsaq; petra durior sit.

Qvare, ut Chiliastæ & summa ignorantia & intolerabilis impudentia, mentiendiqve pruritus eo clarius omnibus patescat, accingo me ad inqvisitionem genuinæ sententiæ Hymenæi atqve Phileti de resurrectione, clarissime ut credo, demonstraturus: *eos negasse resurrectionem corporum futuram, eamque ob caussam Satanæ esse traditos.* Qvo munere probandi ut rite distincteqve fungar, adhibebo primum in consilium *Scripturam Sacram*, ejusqve nonnullas versiones. Post hæc afferam *Patrum verba*, qvi clariora nobis dabunt, cum res sit historiæ. His annectam eruditissimos qvosdam *Viros*, & *ex nostra*, & *ex Reformata Ecclesia*, sententiam meam corroborantes. Ultimo vero *Objectionibus Chiliastarum satisfaciam.* Sic eluceset satis,

quam

qvam turpiter, qvam audacter, qvam impie in hoc negotio versatus sit D. Petersen, ea scribens, qvæ non intellexit, totqve piis animis execrationibus suis scandalum præbuit.

Sectio II.

Pauli verba: Hymenæum atqve Philetum asseruisse, resurrectionem jam factam esse, explicans.

Locum, in qvo de genuina Hymenæi atqve Phileti sententia agitur, reliqvit nobis Paulus 2. Timoth. 11, v. 18, cujus verba, aliasqve Versiones, qvæ jam ad manus sunt, adducemus. Sic ergo ait Paulus:

Ex Edit. FF. 1600 ut ex Bibl. Regia per Robert Stephanum 1546 fuit excus. p. 733.

Καὶ ὁ λόγος αὐτῶν ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει ὧν ἔστιν Ὑμέναιος καὶ Φιλήτος· (18) Οἵτινες περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠστόχησαν, λέγοντες τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, καὶ ἀνατρέπουσι τὴν τίνων πίστιν.

Ex Bezæ. Interpretatione.

Et Sermo eorum depascet ut gangræna; ex qvibus est Hymenæus & Philetus: (18) Qvi circa veritatem aberrarunt à scopo, dicentes, resurrectionem jam esse factam, & subvertunt qvorundam fidem.

Versio Syriaca. Edit. Trost. Coten. 1621.

ומלתהון אי חלריתא נומא תאחודי בקגיאא· איתוהי דין חד מנהון הומנאוס· ואחרנא פיליטוס· (18) הלין דטעו מנשרדא כד אמרין· דקימתא דמיתא הות לה: והימנותא ראנש אנש מהפכין·

Et sermo eorum tanqvam cancer passionem apprehendet in multis, est autem unus ex illis Hymenæus, & alter Philetus. (18) Qvi aberrarunt a veritate, dicentes qvod resurrectio mortuorum facta sit, & fidem qvorundam subvertunt.

Versio *Anglicana Regia*. Edit. Londinens. A. 1626.

And their word will eate as doeth a canker; of whom is Hymenæus, and Philetus. (18) Woh concerning the truth have erred, say ing that the resurrection is past already, and overthrow the faith of some.

Et eorum verbum edet sicut cancer facit, ex qvibus est Hymenæus & Philetus. (18) Qvi qvoad veritatem erraverunt, dicentes, resurrectionem jam præteriisse, at subvertunt qvorundam fidem.

Versio *Gallica*. Edit. Leidens. 1665. Secund. Edit. Charentonens.

Et leur parole rongera comme gangreine, d'entre les qvels sons Hymeneé & Philete. (18) Qvi se sont devogez de la verité, en disant, qve la resurrection est dejá advenüe & renversent la foi de quelques uns.

Harum Versionum auctoritatem eo minus in dubium vocabit aut infringet D. D. Petersen, cum tot eruditissimorum Virorum encomiis jam sint ornatæ. De Anglica, *Polus* loqvitur Tom. 1. Synops. Critic. Præfat. *In qva plurima occurrunt magnæ eruditionis peritiæqve in lingvis originariis acuminis, & judicii, plus qvam vulgaris, specimina, qvæqve mihi haud raro in difficillimis textibus maximo erat adjumento & usui.* Cujus valoris sit Gallica versio ostendit satis *Ravanell.* Bibliothec Sacr. Præfat. *Opus* apud illum est, πολλῶν ἀνταξίων ἄλλων *summa fide, integritate, puritate, admirandaqve sapientia, diligentia,* ἀκριβείᾳ, *& in sensu Spiritus Sancti nervose & efficaciter exprimendo facilitate, ac felicitate adornatum.* Ut omittam jam, qvæ de illa prolixe satis affert *Kortholt.* de variis Scripturæ Editionibus, C. 23. p. m. 310. ad 317. Verum cum in hoc negotio versiones hæ non adeo nobis succurrant, operæ pretium est, ut valorem Syriacæ illius Versionis afferam, cum hæc præ omnibus aliis magno nobis est adjumento.

Egit

Egit jam de illa *Leusden. Philol. Hebræo Mixto Dissertat. IX. p. m. 66. ſ.* aliiqve plures; in præſenti autem inprimis mihi placent, qvæ Jacobus *Martini* Præfat. in N. T. Syriac. Troſtii de hac Verſione affert. *Arrige aures* [ait] *Cenſor qvisqvis es, cujas es; qvi cerebrum non in calcaneo, ſed capite geris. Verſio eſt hæc Syra, ſed omnium prima, & antiqviſſima, Verſio eſt inqvam, ſed omnibus aliis ut probatior & plenior, præferenda. Verſio eſt adhuc dico, ſed vel alicujus ex Evangeliſtis, vel omnino illorum, qvi Antiochiæ habuerunt ipſos Apoſtolos præſentes, qvos de locis multis obſcurioribus conſulere & audire potuerunt. Ad hanc itaqve ſolam, qvando in fontibus Græcis quædam occurrit obſcuritas, vel difficultas, tuto acceditur, hæc ſola, qvando de loci alicujus interpretatione verſioneqve dubium movetur, tuto ac ſine errore conſulitur: per hanc ſolam Græcus textus vere illuſtratur, recte intelligitur. Hujus enim ſolius auctoritas proxime ad Majeſtatem ipſorum fontium accedit.* Qvare non vitio vertet Dn. D. Peterſen, ſi hac verſione præ omnibus aliis utar, & occurrente qvadam difficultate in Græco fonte, ad hunc puriſſimum limpidiſſimumqve rivum accedam.

Antequam autem ad examen ſententiæ Hymenæi atqve Phileti nos accingamus, non è re futurum eſſe credo, ſi operam qvandam impendimus, num nobis etiam de nomine horum Hæreticorum, eorumqve perſonis conſtare qvædam poſſint. Hymenæi mentio fit à Timoth. I. 2. ibiqve cum Alexandro fabro illo conjungitur, &, ſi evolvamus Scripturam, aliosqve Scriptores Eccleſiaſticos, nil niſi nudum nomen horum hæreticorum reperiemus. Fuere & alii, qvibus idem nomen impoſitum eſt, ſine ullo autem cum hæreticis hisce commercio. Erat apud Ethnicos Hymenæus qvidam, teſte *Ludovico de Vives Not. ad Auguſt. de Civit. D. c. XXI. lib. IV. p. m.* 250. Edit. Lugd.

1563. *præcipuus nuptiarum Deus, qvi in iisdem ab ethnicis in vocabatur, ſicut apud Catullum. Hunc Servius primo Æneid. ſcribit virum fuiſſe Athenienſem, qui inter bella ſæviſſima virgines liberavit: propterea nomen ejus in nuptiis in vocatur, quaſi liberatoris virginitatis. Martianus hunc Bacchi & Calliopeiæ filium dicit.* Meminit hujus Hymenæi qvoqve *Zwingerus Theatr. Vitæ. Human. vol. III. lib. IX. p. m. 1016. & lib. XI. p. m. 1058.* Mittamus hæc fabuloſa, & pedem potius ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam moveamus, in qva invenimus, Epiſcopum qvendam Hieroſolymitanum fuiſſe nomine Hymenæum, de qvo *Euſebius Hiſtor. Eccleſ. lib. VII. C. XIII. p. m. 193. Edit. Colon. 1612. Mazabane morte conſopito Hymenæus, qui multis annis noſtro hoc ævi curriculo magna cum laude vixit, Hieroſolymitani Epiſcopatus ſedem obtinuit.* Meminit qvoqve hujus *Nicephorus Calliſtus Hiſt. Eccles. lib V. C. 26. p. m. 251. Edit. FF. 1588. Hieroſolymis poſt Alexandrum Epiſcopus fuit Mazabenes, cui poſtea Hymenæus grandævus admodum ſucceſſit.*

Phileti nomen, qvanqvam in hiſtoria fabuloſa Ethnicorum non inveniam, in primitiva tamen Eccleſia non adeo inuſitatum fuit; Nam Antiochiæ Epiſcopus qvidam fuit hujus nominis, de qvo iterum *Euſebius Hiſt. Eccleſ. C XV. lib. VI. p. m. 165. Per id temporis Aſclepiade mortuo, Philetus in Eccleſiæ Antiochenæ rectionem ſuccedit.* Et *Magdeburgenſes* noſtri *Cent. III. C. X. p. m. 211. E[A]ſclapidi] cum ſeptem duntaxat annis Epiſcopatum adminiſtraſſet, ſucceſſit rurſus decimus Antiochenorum Epiſcopus Philetus, A C. 220.* Ex qvibus ſatis conſtare puto, nomen qvidem illud, & Hymenæi & Phileti in Hiſtoria antiqva occurrere, qvo tamen minime noſter Hymenæus atqve Philetus intelligi poſſunt. Qvare ſi dicendum, qvod res eſt, vel niſi nomina nobis ſuperſunt, qvinam enim fuerint, ubi dege-

degerint, qvibus moribus instructi fuerint, & multa alia hujus generis, plane sunt incognita.

Nec multum refert, eorum personas nosse, satius nobis, si heterodoxia eorum nobis innotescat, seduloqve ab iis caveamus; Non contenderem adeo cum qvodam, qvi ideo historica illa celata esse affirmaret, qvod tempore Pauli fuerint famosissimi, eorumqve matæologia multorum animos illaqveaverit. Id nobis clarissime dabit investigatio hujus loci, qvam, ut rite proponamus, connexio nobis præprimis observanda venit. Dividitur ergo hoc caput in duas potissimum partes, qvæ divisio diversis objectis atqve generibus distinctis nititur. 1. Est adhortatio, qva Paulus Timotheum suum ad patientiam, studiumqve in suo munere indefessum excitat, eamqve finit v. 5. Posthæc erigit illum solatio in tribulationibus suis, qvas præsenti animo ferendas, tum suo exemplo, tum aliis promissionibus, ostendit. Semetipsum velut exemplar tolerantiæ atqve patientiæ proponit, cum omnia mala propter Christum perpetiatur, & promissiones, qvibus eum erigere studet, sunt consecutio vitæ æternæ. Qvod genus consolatorium extendit se usqve ad v. 14. His recensitis, dilabitur denuo ad genus pædeuticum, & proponit dehortationem ab hæreticis, aliisqve perversis hominibus, qvi nugando fidem evertunt, eosqve fugiendos esse ostendit, ad hortans simul, ut fidem, justitiamqve sectetur, voluptatesqve juventutis fugiat. Hanc partitionem capitis approbant ex nostris *Calovius* Teutsche Bibel N. T. P. III, p. m. 902. seu *Osiander* Erklärung N. T. P. II, p. m. 573. Ex Reformatis, *Benedictus Aretius* Comment. in Epist. ad Timoth. p. m. 227., *Biblia Gallica Diodati* Edit. Genevens. 1644, ut & *Elzeviriana*, 1657.

His brevissime præmissis, aspicienda sunt verba Pauli, qvibus effert, Hymenæum atqve Philetum dixisse, resurrectio-

rectionem jam esse factam. Vox ἀναστασις, cum absolute hic ponatur, & tam spiritualem illam, ex sepulchro peccatorum, qvam corporis denotet, vid. *Ravanell. Bibl. Sacr. T. II. p. m. 884.* non adeo certo definit, qvam resurrectionem Hymenæus atqve Philetus jam factam dixerint, num spiritualem illam, aut corporalem. Exprimit autem Syrus vocem ἀναστάσεως per ܩܝܡܬܐ ܕܡܝܬܐ resurrectio mortuorum. Adeoque dixerunt resurrectionem mortuorum jam esse factam, ast qvænam mortuorum resurrectio? num corporum? Hanc asserere non potuerunt, circumgestabant ad huc sua corpora, aliosqve incedendentes cernebant. Hinc nisi plane stulti fuissent, asserere nunqvam potuerunt, corporum resurrectionem jam esse factam. Nec est qvod excipias, digitum forsitan intendisse ad resurrectionem illorum cum Christo? Tantum sane abfuisset, ut eam ob caussam Satanæ fuissent traditi, ut potius eorum doctrina in verbo divino, reqve ipsa fundata, fuisset laudanda; Adhæc obstat textus Syriacus emphatice efferens: ܗܘܬ ܠܗ factam ipsi seu sibi, de qvo loqvendi modo agit *Glassius* Philol. S. lib. III. Tract. 11. C. IV. p. m. 510. *Pronomen demonstrativum dativi casus freqventer nominibus & verbis per pleonasmum qvendam Emphaticum additur.* Et *Flacius* p. 2. Clav. Scr. hoc dativo significari dicit aliqvid in alicujus commodum, gratiam, aut damnum, vel odium fieri. Et *Masius* in Joh. 7. *Tales Dativi neu prorsus supervacanei sunt, sed fere incitandi vim habent.* Qvam facile nunc est colligere, eos asseruisse resurrectionem illam mortuorum in suum commodum, gratiamqve jam esse factam. Id qvod de corporali affirmare neqviverunt. Nam qvid præsidii illis accessisset ex resurrectione illorum cum Christo? qvos fructus adeo ex hac legere potuissent? Accedit, qvod ipsa vox ܩܝܡܬܐ ܕܡܝܬܐ resurrectio mortuorum alibi in N. T. Syriaco pro resurrectio-

rectione illa ſpirituali accipitur. Sic Philipp. III, 11. *Si qvo modo poſſim pervenire* לקומתא דמן בורתא מיתא ad reſurrectionem, qvæ eſt ex mortuis. De qvo loco recte omnino *Balduinus* Comment. in Phil. 3. p. 1. p. 179. apud *Bruckner.* Vindic. Bibl. *Metaphora eſt, qua per reſurrectionem mortuorum intelligitur reſurrectio ſpiritualis ex morte peccati.*

Qvod autem Dn. D. Peterſen inprimis urgere videtur, eſt & verbum γεγονέναι & particula illa ἤδη. De utroqve videndum eſt diſtinctius. Verbum illud γεγονέναι, non ſemper ob præteritum ſuum denotare tempus præteritum, ex *Glaſſio* lib. III. Tract. III. c. 46. p. m. 642. conſtat, ubi ait: *Verbum præteriti temporis quandoque pro plusquam perfecto, quandoque pro præſenti, quandoque etiam pro futuro uſurpatur*, qvem canonem plurimis exemplis illuſtrat. Præteritum pro præſenti tempore uſurpari, oſtendit p. ſ. 643. & p. 644. *Imitantur hunc Hebraiſmum Græci Scriptores N. T.* Sic Act. 12. 14. Ἑστῶναι pro ἑστακέναι ſtare Petrum ante veſtibulum. Convenit illa locutio cum noſtra, & cum Paulus loqvitur, eos dixiſſe: reſurrectionem eſſe factam, idem eſt, ac reſurrectionem fieri, eamqve non ſolum ſuis temporibus fieri, ſed ſemper, & per omnia tempora. Nam præteritum perfectum per omnia tempora durare, loca N. T. non pauca clariſſime demonſtrant. Ut nonnulla jam delibemus Rom. VI, 5. Εἰ γὰρ σύμφυτοι γεγόναμεν τῷ ὁμοιώματι τ̃ θανάτυ αὐτ̃· Nam ſi cum eo plantati coaluimus conformatione mortis ejus. Non tantum ſuo tempore hæc dixit Paulus, plantatos cum Chriſto coaluiſſe, ſed omni tempore iſta plantatio & coalitio cum Chriſto fit. Sic Rom. XI, 25. Ὅτι πώρωσις ἀπὸ μέρυς τῷ Ισραὴλ γέγονεν, non ſaltem tunc obduratio facta erat Iſraeli, ſed & adhuc hodie fit, fietq; 2. Cor. V, 17. ἰδὲ γέγονε καινὰ τὰ πάντα facta ſunt omnia nova & in nova in Chriſto creatura, omnia adhuc nova fiunt, atq; fient in-

posterum, adde si lubet ista loca. Galat. III, 24. ὁ νόμος παιδαγωγὸς ἡμῶν γέγονεν εἰς χριστὸν· Non tantum in V. T. lex fuit pædagogus ad Christum, sed adhuc hodie est, cum territione sua peccatorumqve detectione nullum auxilium noverit qvam Christum, ad qvem pœnitentem peccatorem ducit. Ebr. VII, 22. XII, 8. Jacob. II, 10. 2. Pet. II, 20. 1. Joh. II, 8. Qvæ loca satis probant, præteritum perfectum continuam qvandam temporis seriem includere, ita, ut denotet & differentiam temporis præteriti, & præsentis, & futuri.

Confirmatur id particula ἤδη in qva, nescio qvid, præsidii inveniisse sibi imaginatur D. Petersen, cum eam summa vi ad denotationem temporis præteriti trahere conatur. Nam ut taceam jam de varia ejus acceptione, qva, modo per confestim exponitur, egregia inprimis est observatio *Scapulæ*, qva ostendit, vocem hanc ἤδη & apud Gregorium & apud Chrysostomum denotare *continuo*, seu *una serie*, & *semper*. Qvid jam clarius, qvam Hymenæum atqve Philetum dixisse, resurrectionem spiritualem, seu ex morte peccatorum fieri continuo, seu semper? in qvo, ut eo magis confirmemur, lubet nonnulla exempla ex ipso Codice Græco afferre qvibus hæc probamus. Joh. III, 18. qvi non credit ἤδη κέκριται jam condemnatus est. Non solum is jam condemnatus est, qvi tum temporis non credebat, sed qvi nec hodie credit, condemnatur, & qvi inposterum non credet, idem condemnabitur. 2. Timoth. IV, 6. Ἐγὼ ἤδη σπένδομαι, ego jam libor. Si præteritum tempus denotaret ἤδη, qvæso, qvi dicere potuisset Paulus: ἤδη σπένδεσθαι, num post mortem scribere potuisset? num post mortem libris & membranis indiguisset? aut si tempus præsens denotaret, qvi inter scribendum dicere potuisset, se libari jam? num in ipso martyrio aut morte ipsi tempus fuisset scribendi & adhortandi? qvare dicere vult Paulus se continuo libari, id

qvod

qvod apprime convenit cum 1.Cor. IV, v. 9.10. 11. 12. ſ. & c. XV, 31. καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκω reliqva loca diligenti evolutioni Lectoris relinqvo, qvorum nonnulla afferam; ut: Rom. XIII, 11. Phil. III, 12. 1. Theſſ. II, 7. 1. Timoth. V, 15. 1. Joh. II, 8. plura dabit diligens & accurata perluſtratio *Schmidii* concordant. Græc. in voce ἤδη.

Dices, qvi ergo ob aſſertam ſpiritualem reſurrectionem continuam Satanæ tradi potuerunt Hymenæus & Philetus? nonne & eandem omnes orthodoxi credunt atqve defendunt? R. Ob hujus aſſertionem & defenſionem laudandi fuiſſent, non vituperandi; multo minus Satanæ tradendi. Sed cum perverſe hanc adhiberent, & ex hac aſſerta, ad negationem futuræ reſurrectionis corporum irent, ideo hæretici iſti Satanæ tradabantur. Nam, recte *Chryſoſtomus* ſuper Matth. XXII. dicit. *Qui arat, arat ut metat, qui pugnat, pugnat ut vincat, & in omni actu virtus agendi ſpes eſt futuri. Tolle ergo ſpem reſurrectionis, & reſoluta eſt obſervantia omnis pietatis.* Cum itaqve non ſolum ſolatio privarentur pii Chriſtiani hanc impia doctrinâ Hymenæi atqve Phileti, ſed & aditus ad omnem impietatem aperiretur, merito à Paulo Eccleſia ejiciebantur, ne peſtilenti ſua opinione alios inficerent. Satis oſtendunt id notæ in elegantiſſima atqve nitidiſſima Editione Elzeviriana. Bibl. Gallicorum ita exponentes: *qu'il n'ya point de reſurrection de la chair, apres cete vie, & que ce que l'Ecriture dit de la reſurrection ſe doit prendre en un ſans myſtique de la reſurrection ſpirituelle de l'ame, rappellée du tombeau des vices à la vie de la vertu: Tellement, que les uns errent en prennant ſpirituellement, & figurement, ce, qui ſe doit entendre literalement, & les autres au contraire en interpretant literalement & corporellement, ce, qui ne ſe doit entendre qu'en un ſens figuré & myſtique.* Et notæ in Editione Genevenſi Diodati 1644. *Il y a apparence que leur*

doctrine fût, qu'il n'y a autre resurrection que la spirituelle de l'ame, hors de la mort du peche, ou la renouvellement de l'êtat du monde sous l'Evangile, selon que l'Escriture use sonvent de cé mot en ce sens voi, 1.Cor. 15, 12.

Ad historiam cum potius hæc spectent, non est, ut fidem nostram in his auctoribus saltem fundemus, sed cum aliqvo modo ex ipsis Paulinis verbis vidimus, hos hæreticos spiritualem continuam asseruisse resurrectionem, operæ pretium est, ut in subsidium vocemus Patres, qvi defectum historiæ hactenus nondum explicatæ compensabunt, ipsoqve Sole clarius demonstrabunt, Hymenæum & Philetum ideo a Paulo Satanæ esse traditos, quod futuram corporis resurrectionem negarint, idqve pessimo modo ex facta resurrectione spirituali intulerint.

Sectio III.

Ex mala intellecta spirituali resurrectione, futuram corporum eos negasse probatur

I. ex Patribus.

AGmen ducat *Epiphanius*, qvi Lib. 1. Tom. III. adverſ. Hæreſ. Hæreſ. XL. p. m. 298. ſic ait: *In ſecunda Epiſtola (ad Timoth.) Hymenæum ac Philetum excidiſſe â veritate ſcribit, qui quidem & ipſi in Hæreſin prolapſi ſunt, alium prædicantes Deum, ac Genealogias interminabiles, erroremque inter homines diſſeminantes: cum à Deo negarent fabricatum eſſe mundum, ſed à principatibus, ac poteſtatibus conditum aſſererent. Reſurrectionem demum accidiſſe jam dicerent, illis ipſis producendis liberis, quos Parentum quisque genuiſſet*, NB *nec aliam mortuorum exſpectandam eſſe reſurrectionem &c.* Nec deſtituimur teſtimonio *Tertulliani*, qvem alioqvin tanti facit D. Peterſen. Verba ejus de Præſcript. adverſ.

adverſ. Hæreſ. c. XXXIII, p. 210. Edit. Franecq. hæc ſunt. *Æque tangit* (Paulus 2 Timoth. II, 18.) *eos, qui dicerent factam jam reſurrectionem, id de ſe Valentiniani adſeverant.* Neceſſitas efflagitat, ut Valentinianorum errorem circa reſurrectionem corporum accuratius inveſtigemus. Loqvitur de his *Epiphanius* Panar. adverſ. Hæreſ. Lib. I. Tom. II. Hæreſ. XXXI, p. m. 171. *Mortuorum reſurrectionem inficiantur, de qua ridiculam quandam fabulam texunt*, &c. vid. plura l. c. Ab hoc orti Gnoſtici eandem negarunt apud *Bebelium* Antiqvit. Eccleſ. Sec. II. Artic. VI. p. m. 365. Qva vero ratione Valentinianus auctor Gnoſticorum dici poſſit, oſtendit *Harduin* Not. in Clement. Alexandr. p. m. 142. n. 60. Edit. Pariſienſ. 1590. *A Simone quidem Gnoſtici duxernnt originem, ſed eorum ſectam adeo amplificavit Valentinus, ut in eis principatum ſibi jure poſſit vindicare.* Qvo ergo modo Valentiniani ſenſêre de reſurrectione mortuorum, eodem modo juxta Tertullianum ſenſêre Hymenæus & Philetus. Sed Valentiniani ita ſenſêre, ut negarent futuram corporum reſurrectionem juxta modo probata. E. eodem modo ſenſêre Hymenæus atqve Philetus.

Athanaſius Orat. II. contra Arianos Tom. I. Op. p. m. 361. Edit. Colonienſ. 1686. *In tempore errarunt Hymenæus & Alexander, cum ſuis gregalibus, cum dicerent; reſurrectionem jam contigiſſe.* Qvod in tempore errare eleganter explicat *Chryſoſtomus* Homil. V. ex Cap. II. ad Timoth. II. Oper. Tom. IV. p. m. 101. Edit. Baſilienſ. 1521. *Si jam reſurrectio facta eſt, non modo hoc afficimur detrimento, quod magna illa privamur gloria, verum & judicii metus excluditur. Quippe ſi reſurrectio facta eſt, meritorum quoque retributio tollitur. Gratis itaque juſti preſſuras, doloresque tolerarunt. At id ita falſum eſt, ut contra penitus hac etiam in vita, & boni ſpe ſua nutriantur, & æternæ felicitatis percipiant guſtum, ſereno ſemper tranquilloque animo perſeve-*

rantes. Et mali conscientiæ suæ flagellis exagitati, quod semper passuri sunt, hic jam incipiant pati. Melius fuerat pro erroris magnitudine dicere non esse resurrectionem, quam jam factam esse, &c. Nam *si resurrectio non est, fides nostra omnis evanuit, si resurrectio non est, innanis est nostra prædicatio, si non est resurrectio, neque resurrexit Christus, Qui non resurrexit, neque natus est, neque in cœlum ascendit. Vides ut cum solam resurrectionem videatur evertere, plurima fidei fundamenta concutiat.*

Restat adhuc *Augustinus* qvi clarissime id probat Epist. CXIX. ad Januarium Respons. Tom. II. Oper. Edit. Lugd. 1563. 8°. p.m. 647. *Nonnulli attendentes verba, quæ assidue dicit Apostolus: Quia & mortui sumus cum Christo & resurreximus cum illo, nec intelligentes quatenus dicatur, arbitrati sunt, jam factam esse resurrectionem, nec ullam ulterius in fine temporum esse sperandam, ex quibus est inquit Hymenæus & Philetus, qui circa veritatem aberrarunt, dicentes resurrectionem jam esse factam, &c.* Clarius adhuc loqvitur S. Augustinus lib. IV. contra Faustum Manich. Tom. VI. Edit. meæ p.m. 276. ubi ex collatione cum Manichæis liqvet, hos animarum resurrectionem seu revolutionem asseruisse, corporum autem futuram aliqvando negasse. Verba ejus sunt: *Et ideo dum sola promissa Dei nova tenere vos arbitramini, remansistis in vetustate carnis, & novitatem induxistis erroris, de qua novitate Apostolus dicit:* (2. Timoth. II, 18.) *Prophanas autem verborum novitates evita, multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum sicut cancer serpit. Ex quibus est Hymenæus & Philetus, qui circa veritatem aberraverunt, dicentes resurrectionem jam factam esse, & fidem quorundam subverterunt. Ex qua vena falsitatis vos manare cognoscite, qui dicitis nunc esse resurrectionem tantummodo animarum, per prædicationem veritatis, corporum autem quam prædicaverunt Apostoli futuram negatis.*

gatis. Ex qvibus constat, eandem tibiam inflasse Manichæos una cum Hymenæo atqve Phileto, animarum resurrectionem asserendo, corporum autem futuram negando.

Consentit qvoqve *Anselmus* in h. l. Hymenæum atqve Philetum futuram corporum resurrectionem negasse. Qvibus lubet jam annectere nonnullos ex vetustioribus scriptoribus, qvi qvidem Patrum nomine venire neqveunt. *Glossa ordinaria* apud *Nicol. de Lyra. Duæ sunt resurrectiones. Prima est, quæ fit in anima per fidem, quando, qui mortuus erat in infidelitate, & in aliis peccatis per fidem & baptismum vivificatur, unde: Qui crediderit in me, transibit de morte in vitam. Altera quæ erit corporum, quæ erit in die judicii. De illa resurrectione quæ fit per fidem in anima, loquitur Apostolus, cum ait: dicentes resurrectionem mentium seu esse factam in baptismo & fide nullam resurrectionem corporum futuram. Omnes sectæ, quæ religionem permittunt, concedunt resurrectionem mentium in fide: aliter enim non viderentur audiendi Volentes ergo credi sibi. omnes etiam qui instituere alicujus falsæ religionis sectam, negare illam resurrectionem mentium non potuere, omnes de illa consenserunt. Sed corporum resurrectionem multi negaverunt, sicut isti quos nominat Apostolus.* Aqva non recedit ipse *Nicolaus de Lyra* ubi præmissis multis de spirituali resurrectione ait: *verum est, istam* (spiritualem) *jam esse factam, & negabant futuram corporum resurrectionem, quod est falsum, sicut & Saducæi.* Act. XXIII. *Et Dionysius Carthusianus* in h. l. *ea quæ Scriptura testatur de generali resurrectione corporum, asserentes intelligenda esse de spirituali resurrectione animarum a vitiis, quæ in baptismo jam facta est, quotidieque impletur; Contra quos S. Job. 19. &c.*

II. ex aliis Scriptoribus celeberrimis.

His sepositis, ad manus sumendi sunt recentiores scriptores, omni eruditionis laude celeberrimi, & qvidem

I. ex nostra Lutherana Ecclesia.

Gerhardus LL. Theol. Tom. VIII. Tract. II. p. m. 1075. *Hymenæus & Philetus docuerunt jam factam esse resurrectionem in die novissimo exspectandam, ideoque dicta, quæ de resurrectione loquuntur, de spirituali animæ ex morte peccatorum exposuerunt, &c. &c.* *Ægidius Hunnius* Enarrat. in Epist. ad Timoth. II. p. m. 56. *illius* (Hymenæi) *notatur Dogma Epicuræum, nimirum præter spiritualem resurrectionem à peccatis quæ jam per regenerationem facta sit, in hoc seculo, non esse alteram resurrectionem, quæ corporum sit, exspectandam, &c.* *Osiander* Auslegung. super hæc verba Pauli: Solche gottlose Leute sind Hymenæus und Philetus, welche die Christliche Lehre von der Todten Aufferstehung verfälschet haben/ und die Aufferstehung nicht auf die Leiber / sondern auf die Seelen deuten/ als ob die Auferstehung der Todten durchaus nichts anders sey/ denn eine Verbesserung des Wandels vom Bösen zum Guten. *Georgius Calixtus* de Immortalitate Animæ §. X. Cap. IV. p. m. 28. *Tempore Apostoli Pauli Hymenæus & Philetus dicebant, resurrectionem jam esse factam, quod existimarent, non aliam quam spiritualem, quæ à peccatis per regenerationem est, promitti*, ut exponunt Haymo & Lyranus, &c. *Steuberus* Disput de Dicto 1. Timoth. I, 18. 19. 20. Appendic. Disp. Giessens. X. Disp. Marpurgens. Tom. V, f. m. 647. ubi recensitis nonnullorum sententiis, pergit: *alii dicunt, ipsum occasionem errandi sumpsisse ex Joh. V, 24. & non agnovisse aliam resurrectionem,*

nem, nisi eam, quæ est animæ à peccatis resipiscentis, qua ad novam vitam resurgimus, & hanc quoq; factam esse in baptismo, quo suscepto incipimus in novitate vitæ ambulare, ex Rom. VI, 4. ad quam sententiam penè accessisse videntur Seleuciani, idem statuerunt quidam turbatores tempore Tertulliani, quos ipse refutat in libro de Resurrectione, sic Marcion, Basilides, Valentinus, Apelles & alii hujus farinæ homines in multis regionibus hunc atheismum renovarunt, quos refutavit Synodius Aquilienſis.

Propero jam ad Doctores Eccleſiæ II. Reformatæ: ubi *Calvinus* Comment. in Epiſt. Paul. p. m. 814. *Procul dubio allegoricam, nescio quam, resurrectionem fingendo, quod etiam hac ætate tentarunt impuri quidam canes.* Qvosnam per impuros illos canes intelligat, Oedipo opus non eſt. Anabaptiſtas illos Monaſterienſes, Millenarios illos & noſtrorum Chiliaſtarum fratres atqve avos denotat. Hi ſunt ſecundum Calvinum ſocii Hymenæi atqve Phileti, hi una cum illis Satanæ tradendi, non Antichiliaſtæ. Noverit ergo Chiliaſta, in qva claſſe ſecundum Calvinum locum ſuum qværere debeat, in claſſe Hymenæi atqve Phileti. En ſubitaneam & inopinatam mutationem. *Zacharias Urſinus* Explicat. Catech. P. II. de Liberat. Hom. p.m.429. *Alii concesserunt quidem animarum immortalitatem, sed interpretati sunt resurrectionem de regeneratione in hac vita. Corpora autem resurgere negarunt, etiamsi animæ post mortem piorum æterna felicitate fruantur. Auctores hujus opinionis videntur fuisse Hymenæus & Philetus, de quibus Apostolus* 2.Timoth. II, 18. *Piscator* Schol.in hunc loc. p.m.666. *Dicebant enim* (ſi credimus Ambroſio) *resurrectionem fieri in filiis. Sed probabilius est, eos per resurrectionem intellexisse regenerationem. Aretius* Comment. in Epiſt. Paul. ad Timoth. Tit. & Philem. p. m. 257, varias recenſet opiniones,

eligere vero eam videtur, acsi docuissent, *non esse exspectandam aliam resurrectionem, nisi quæ est animæ à peccatis resipiscentis. Hinc Polycarpus in sua Epistola ad Philippenses ait ex hoc loco. Qui dixerit nec resurrectionem, nec judicium esse, hic primogenitus Satanæ est. Ravanell.* Bibliothec. Sacr. Part. II. p. m. 891. *Hymenæus & Philetus cum sectatoribus nullam aliam resurrectionem agnoscebant, præter spiritualem, quæ est regeneratio, ac propterea dicebant, resurrectionem jam temporibus Apostolorum esse factam, cum scilicet gentes per prædicationem Evangelii ad Deum & Christi fidem conversæ fuissent. 2. Timoth. II, 18. cui eorum hæresi affinis fuit hæresis Valentinianorum, Archonticorum, Marcionis, & Hieracis, qui referentibus Tertull. & Epiphan. dimidiam agnoscebant resurrectionem, asserentes, resurrectionem non esse carnis, sed solum animæ; unde eleganter ab eodem Tertulliano appellantur Sadducæorum propinqui, & partiarii sententiæ Sadducæorum. Joban Pricæus* Annot. in h. l. Critic. Sacr. Tom. V. p. 2839. *Est quædam ἀνάστασις morum, cum prioris malæ vitæ mutatio insequitur. vid.* Luc. XV, 24. *Non aliam isti resurrectionem volebant, agnoscere, cum tamen sub specie ἀναστάσεως quæ post mortem illa altera ἀνάστασις fiebat, ejusque vel maxime intuitu ad effectum perducatur. Scultetus* in h. l. Critic. Sacr. l. c. p. 1059. *Hymenæum atque Philetum progenitores Marcionis credit* de qvo *Epiphan.* Hæres. XLII. p. m. 305. *Quod ad resurrectionem attinet, hanc ille corporum esse negat, uti monuimus, animarum concedit, quibus solis salutem, non item corporibus circumscribit, &c.*

Hos auctores data opera appositi, ut videat Chiliasta, nos non tantum argumentis ex ipsa Scriptura certare, sed & venerandam Antiqvitatem, totqve eruditissimos Viros consentientes habere. Si vir est, aggrediatur hanc materiam, refutet, qvæ supra ex Scriptura collegimus atqve explicavimus, destruat consensum antiqvitatis, perdat auctorita-

ritatem adductorum auctorum, laudabo vires, prædicabo studium, si qvid efficere poterit.

Sectio IV.

Eodem errore Corinthios fuisse infectos.

VErum ut Chiliastæ ulcera magis magisq; premantur, dirigamus paulo oculos nostros ad Ecclesiam Corinthiacam, multosq; in illa hac Hymenæi atq; Phileti heterodoxia fuisse infectos, eluceſcet. Notatu digna sunt verba Apostoli 1. Corinth. XV, 12. *Quodsi Christus prædicatur, ex mortuis excitatus, quomodo dicunt quidam, inter vos, non esse resurrectionem mortuorum.* Hanc Ecclesiam Corinthiacam hac lue fuisse infectam, non obscure ostendit. *Augustinus* Qvæst. ex utroqve mixtim p. m. 121. Tom. VI, Op. Edit. Lugd. 1563. 8°. *Hinc est unde Apostolus in magna autem, inquit, domo non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia. Istud propter Hymenæum & Philetum posuit, qui, cum esset ex Ecclesia, perverse de Resurrectione sentiebant, sicut aliqui de Corinthiorum Ecclesia resurrectionem negabant.* Facilis ergo est collectio, eandem mentem Corinthiacis fuisse, qvæ fuit Hymenæo, qvippe quos Augustinus h. l. ita connectit. Nam ut supra audivimus, negabant Hymenæus & Philetus resurrectionem corporum, eandemqve oppugnabant Corinthiaci.

Et notæ in elegantissima Editione Elzeviriana Bibl. Gallicor. ita loqvuntur. *Ainsi donc cette erreur n'etoit pas universelle pour toute l'Eglise, mais particuliere des quelques-uns de ses membres, qui ne sont point nommes comme 2. Timoth. II, 17. de peur qu'en leur faisant trop de honte il ne les alienat trop de soi & n'empechat leur repentence,* [qu'il n'ya point de resurrection des morts] addunt notæ *qu'elle ne se ferat point au dernier avenement de J. C.* Clarius adhuc in Edi-

tione Diodati Genevæ 1644. *Il y a apparance, que c'êtoit le meme erreur qui eſt marqué 2. Timoth. II, 18. comme ſi par la reſurrection qui eſt ſi clairement enſeigneé en toute l'Ecriture, il ne faloit entendre, que le renouvellement du monde per Evangile, & la ſpirituelle regeneration des ames par l'Eſprit de Dieu.*

B. noſtrum *Lutherum* in eadem fuiſſe ſententia, non obſcure colligitur ex Tom. VI. Altenb. p. m. 312. a. Alſo iſt es denen Corinthern auch ergangen / da S. Paulus nicht mehr bey ihnen war / und ihrer viele ſicher wurden / meineten / ſie wären gelahrt genung / und köntens alles / da kam der Teuffel unter ſie mit ſeinem Unkraut und böſen Geſchwätz wider dieſen Articul / (von der Aufferſtehung) daß ſie nach ihren Gedancken ohne Gottes-Wort darinn klügelten / und gaben für / **die Aufferſtehung ſey ſchon geſchehen** / den ſie wolten nicht davor gehalten ſeyn / daß ſie den Articul ſtracks leugneten / wider S. Pauli Predigt / (ſonſt hätte man ihnen nicht leichtlich geglaubet /) ſondern machten ſich einem feinen Schein / nahmen S. Pauli Worte / und deuteten ſie / wie es ſie fein dauchte / ſagten: es wäre nicht ſo grob zu verſtehen / daß die Todten ſolten alle leiblich wieder hervorkommen / ſondern müſte alſo verſtanden werden / daß wir alle geiſtlich auferſtanden wären in der Tauffe vom todten Weſen in Sünden / und böſen Wercken / und nun in ein neu / fromm / erbar Leben getreten. Addit Megalander, das war aus der maſſen ein ſuſſes Gifft und riß mit Gewalt ein / ꝛc. Et nonnullis interpoſitis. Darum ſind andere kommen / die gebens alſo für / die Aufferſtehung wäre nicht zu verſtehen nach dem Fleiſche / ſondern allein nach der Seelen / und führten darauf eben den Spruch S. Pauli aus dieſem Capittel: Fleiſch und Blut kan das Reich Gottes nicht ererben / ꝛc. ꝛc. Qvibus deductis atqve refutatis pergit p. 313. Sihe / das iſt das böſe Geſchwätz geweſen unter ihnen (den Corinthern) /

nicht

nicht durch frembde/ oder gemeine schlechte Leute eingeführet/ sondern durch ihre eigene Brüder/ ꝛc. ꝛc.

Ex his satis elucet, heterodoxiam Hymenæi atqve Phileti gangrænæ instar rosisse qvosdam Corinthianorum. Non alienus est ab hac sententia *Pareus* Comment. in Epist. Corinth. p. m. 990. *Putant quidam fuisse Hymenæum & Philetum* (qvos reprehendit) *quorum hæresis fuit, resurrectionem jam esse factam spiritualiter, in resipiscentia, corporaliter nullam futuram in die novissimo*, &c. Evolve si lubet. *Poli* Synops. Critic. Tom. V. p. m. 495. ubi qvidam urgent, inter Corinthios hæc Hymenæi atqve Phileti irrepsisse.

Dicunt qvidem alii, Cerinthum, aut Sadducæos delituisse, & ab his seductos esse Corinthios; Verum de Cerintho plane absurde dicitur, eum resurrectionem negasse, cum post illam resurrectionem voluptuosum aliqvod regnum asseruerit, de quo vid. *Magdeburgenses* nostri Cent. I. lib. II. p. m. 474. Nec verosimile est, schisma illud Sadducæis esse tribuendum; Nam ut satis constat, illi omnem plane resurrectionem negabant, ast qvis affirmaret, horrendam hanc sententiam locum inveniisse apud Corinthios. Qvi Christiani, aut qvi baptismate tincti esse potuissent, si omnem plane resurrectionem & extremum judicium negassent? Et facta mentione baptismatis ad sepulchra in proxime seqventibus, mens Pauli omnino esse videtur, errorem Hymenæi atqve Phileti eximendi Corinthiis suis, ostendendo, baptismate non solum spiritualem, sed illo etiam super sepulchra defunctorum, futuram illam corporum resurrectionem præfigurari, atqve exhiberi. Hinc v. 29. *alioquin quid facient, qui baptizantur pro* (supra) *mortuis? si omnino mortui non excitantur?* &c. De qvibus vid. *Parei* Comment. in h. l. p. m. 1024. Qvare si cum Sadducæis omnem omnino resurrectionem negas-

 sent,

sent, nondum videre possum, qva ratione supra sepulchra baptismata sua peregerint, qvæ in memoriam futuræ resurrectionis corporum fiebant. Hac vero abusi Hymenæus atqve Philetus ad spiritualem suam resurrectionem applicarunt, ut eo fortius negarent illam corporum. vide qvæ supra diximus.

Sectio V.

Objectionibus Chiliastarum respondet.

§. I.

Probata itaqve nostra sententia, non prætermittendæ sunt machinæ atqve strophæ adversariorum, qvibus hæc nostra demonstrata labefactare conantur. Qvæ *D. Petersen*, pro stabiliendo suo phantasmate adducit, non sunt tanti, ut movere Lectorem possint, nec sunt sua, verum ex alterius fontibus hausta. Qvam secure enim & Alardus de Radt, & D. Petersen Seidenbecherum exscribant, ostendit Chiliasta Plagiarius.

§. II. Verum qvid volunt sibi hæc omnia quæ ex *Alardi de Radt*, Doorluchtigh Koninkryk der tockomende Werelt; seu Illustri regno futuri mundi. Nub. Test. Lib. II, p. 48. affert? Qvædam objectiones spirant, multa abeunt in scommata, huic & nostro Doctori familiarissima. Age ergo videamus hujus argumenta, qvibus destructis, labascit & noster Doctor.

§. III. Includit *Alardus de Radt*, I. suum argumentum multis verborum involucris. *Per hanc factam jam tum Resurrectionem, non potuere hostes Veritatis intelligere resurrectionem illam spiritualem ex morte peccatorum, utpote quæ verè jam tum facta erat, & quotidie per ministerium Apostolorum fiebat; Christus enim non solum positus erat in lapsum, sed etiam in resurrectionem multis in Israel.* Luc. II, 34.

sicuti

sicuti *tunc multa millia convertebantur, ut* Act. c.II, 41. c.IV, 14. c. XXI, 20. *videre est, quamobrem Paulus etiam hanc spiritualem Resurrectionem ipse docebat esse factam in Epist. ad Colossens. c. II, 12.13. Nec resurrectio Christi hoc loco potuit intelligi, nam & hæ revera facta erat. Unde Apostoli leguntur magna virtute reddidisse testimonium Resurrectionis Domini Jesu,* Act. IV, 33. *Non potuere etiam intellexisse Resurrectionem universalem, manifestissime enim absurdum fuisset, statuere talem resurrectionem jam fuisse factam, cum nihil inter Judæos notius esset, quam exspectandam adhuc esse Resurrectionem tum justorum, tum injustorum, ceu patet ex* Act. XXIII, 6.8. c. XXIV, 14.15. *& toto die homines viderentur mori, demortuique non minus nunc atque olim in sepulchris suis permanere.* Qvæ brevibus eo tendunt, *non posse intelligi resurrectionem spiritualem, quippe quæ jam facta erat, & quotidie per Apostolorum Ministerium fiebat.* R. Tuum non posse, facile resolvitur in posse. Id qvod Sect. III. n. 1. fuit satis demonstratum. II. Eorum fundamentum omnino erat, spiritualem resurrectionem esse factam, adeoqve exinde male concludebant, universalem corporum resurrectionem non esse futuram. Distingve ergo assertionem factæ resurrectionis spiritualis à negatione universalis corporum futuræ. Hujus negatio, non illius assertio eos faciebat hæreticos. III. Qvotidie eam fieri per Apostolos, non destruit eorum opinionem de jam facta spirituali. Nam licet eam viderint in aliis fieri, in se tamen factam jam esse ex baptismate concludere poterant. Nec qvieverunt in sola baptismatis acqvisitione, velut impetratione & certitudine hujus resurrectionis, sed facto hoc baptismate, securitatis jugum suis imposuerunt, acsi nunc, impetrata re-

surre-

ſurrectione à peccatis, alia poſthæc exſpectanda non ſit. Adde qvæ Sect. II. de voce γεγονέναι & ἤδη dicta ſunt. Qvæ porro de univerſali nugatur, acſi illam factam aſſerere non potuiſſent, reſponſionem non merentur. Nam niſi plane ſtulti fuiſſent Hymenæus atqve Philetus, facillime videre poterant, ſe & alios multos adhuc vivere, adeoqve reſurrectionem hanc nondum eſſe factam. Nec unqvam qvis dixit, eos ideo eſſe traditos Satanæ, qvod aſſeruerint, reſurrectionem corporum jam factam eſſe, ſed qvod ex aſſerta & male intellecta ſpirituali eam negarint.

§. IV. Pergit *Alardus de Radt* & Argumentum his verbis proponit. *Hymenæi atque Phileti doctrina tantam habebat veritatis ſpeciem, ut fidem nonnullorum actu ipſo inverteret, & ut Paulus judicaret, futurum poſthac, ut ea velut gangræna late depaſceret v.* 18. *&* 17. *Ipſa etiam experientia abunde teſtatur, hæreſiarchas hos reſurrectionem univerſalem profanis clamoribus ſuis minime intendiſſe, cum poſt Apoſtolorum tempora nuſpiam legatur, talem hæreſin, quæ dictam mortuorum reſurrectionem jam dum* (tum) *factam aſſeruerit, veluti gangrænam aliquam peſtilentem in gremio Eccleſiæ ſerpſiſſe. Cum ergo Paulus tam diſerte de duobus illis ſeductoribus teſtetur, â veritate illos defeciſſe, dicentes, reſurrectionem jam eſſe factam, nos vero evidentibus argumentis probaverimus illud neque de ſpirituali, neque de Chriſti, neque de Univerſali Reſurrectione poſſe intelligi, ſequitur, aliam inſuper promiſſam eſſe reſurrectionem, quæ magni momenti ſit.* Summa tot verborum eſt: *neceſſe fuiſſe, ut hæc heterodoxia ſpeciem aliquam veritatis habuerit, quoniam dicatur inſtar gangrænæ depaſcere.* R. Mahumedismus velut Gangræna late depaſcit. E. Mahumediſmus magnam habet

habet ſpeciem veritatis, Atheiſmus velut gangræna multos hodie rodit. E. Atheiſmus habet ſpeciem veritatis. Manichæiſmus multos inficiebat. E. Manichæiſmus habuit ſpeciem veritatis. Evolve *Epiphan.* adverſus Hæreſes. Lib. II. Tom. II. Hæreſ. LXVI. invenies tot abſurda, ut nil ſupra. Sic qvæ veritatis ſpecies, nulla animalia mactare? ubi mica veritatis, ſemen hominis porrigi una in Euchariſtia. (2) Qvis negabit hæreticos hosce matæologiam ſuam incruſtaſſe? Sublata cauſſa, tollitur qvoqve effectus, & ademto peccato in baptismate, nonne ſpecioſe concludere licebat, ſublatum qvoqve eſſe effectum, nempe mortem, velut peccati ſtipendium? Et qvam gratæ non fuerint hæ fabulæ auditorum auribus? Si omnium terribiliſſimum, nempe mors eſt, ademptum, corruptio ſublata, ſepulchra, Chriſti ſepulchro clauſa, qvid reſtabat? qvam illa præpoſtera imaginatio: Vivi aſcendemus in cœlum, vivi ſeqvemur Enochum atqve Eliam. Deplorandum eſt, hodiernos noſtros Chiliaſtas tum temporis non exſtitiſſe, ſomnia ſomniis, nugas nugis cumulare atqve augere potuiſſent.

Ultimum *Alardi* de *Radt* argumentum reſtat, qvod hisce proponit. *Cumque nulla alia in ſacris literis reſtet quam Reſurrectio juſtorum, cum Emphaſi ſic dicta, præter has quatuor etiam nullam aliam comminiſci liceat, omni contradictione verius eſt, ipſam hanc juſtorum Reſurrectionem non modo cum Chriſto & Eſaia* (Luc. XX, & 14. Eſ. XXVI, 1.) *credidiſſe Apoſtolum, ſed etiam pro ſeductione valde noxia habuiſſe, ſi quis diceret, eam jam dum* (tum) *eſſe factam, Atque tali ratione in Textu omnia ſua ſponte fluunt, &c.* Omnia tendunt eo, *intelligi ergo reſurrectionem, primam in ſenſu fanatico, quam Hymenæus atque Philetus negarunt, ideoque ob id Satanæ eſſe traditos.* ℞. Dictu eſt facile, pro-

le, probatu impossibile. Da modo unius fide digni Historici, aut Patris ex veneranda Antiqvitate testimonium, eos ideo esse traditos Satanæ, qvod negarint Millennium, seu resurrectionem primam in sensu fanatico. Præsta te in hoc virum, alioqvin & Te, una cum tuo Petersen ad eorum classem relegamus, qvibus falsa loqvi non adeo rarum est. 2. Hoc si verum est, eos asseruisse resurrectionem primam in sensu fanatico, seu Millennium jam esse factum, mentitus est *Epiphanius*, decepit nos *Augustinus*, falsarii atqve mendaces essent reliqvi omnes, qvos adduximus. Sect. III. n. 1. & 11. Sed quis sanæ mentis hos innocentissimos Patres, & tot eruditos viros tantis calumniis proscindere auderet?

Adjungamus huic *D. Petersen* Sendschreiben/ P. I. p. 12. f. Qvamvis præter adducta & resoluta nil novi apportet. Ne autem conqverendi occasionem hebeat, ac si argumenta sua, qvæ sibi imaginatur, stringentia atqve firmissima, ideo fuissent prætermissa, qvod nihil reponi atqve responderi ad illa possit, inæstimabili tempori tantum detrahemus, ut omnia, qvæ de hac materia tum l. c. tum alibi affert, & ad ea respondeamus. L. c. ait: Diese beyde irrige Leute/ Hymenæus und Philetus, waren als falsche Apostel unter den Christen/ und leugneten nicht/ daß gar keine Auferstehung mehr zu hoffen wäre/ denn solche Schwätzer hätten gar keinen Eingang gehabt bey den Christen/ sondern sie hätten sie gar/ weil sie noch ärger gewesen als die Jüden/ von sich aus gestossen/ vielweniger hätten solche Leute mit solcher groben Lehre etlicher Christen/ die damahls herrliche Christen waren/ ihren beständigen Glauben von der Auferstehung verkehren können. 2. Wenn solche Schwätzer gar keine Auferstehung geglaubet hätten/ so hätten sie nicht sagen können/ die Aufferstehung sey schon geschehen/ denn das Wort γεγονέναι præsupponiret/ daß sie eine Auferstehung/ die schon geschehen wäre/ müssen geglaubet haben. 3. So haben Hymenæ-

menæus und Philetus die allgemeine Aferstehung auch darum nicht verstehen können/ daß sie schon geschehen/ weil sie selbst und andere noch lebten/ und noch nicht auferstanden waren. 4. Die geistliche Auferstehung können sie auch hiemit nicht gemeinet haben/ denn sie/ so unter den Christen waren/ und Lehrer seyn wolten/ haben ja müssen die Laster gestraffet haben/ von welchen man geistlicher weise aufstehen müste. Solche geistliche Auferstehung von Sünden ist zu allen Zeiten gewesen/ und wird geschehen/ und geschahe damahls; ey so haben sie nicht lehren können unter den Christen/ daß sie, ἤδη, schon geschehen wäre/ welches alles keinen Schein der Warheit hatte/ und daher keiner von denen Christen hätte können verführet werden. Weil aber doch (τινες) einige gewesen/ deren Glauben die Schwätzer verkehret haben/ so muß es eine specieuse Sache gewesen seyn/ die darin bestanden/ da sie vorgaben/ sie hätten sich einer sonderbaren ersten Auferstehung/ darinnen sie mit Christo herrschen würden/ nicht zu getrösten/ denn solche Auferstehung/ welche der Text mit einer particula demonstrativa τὴν ἀνάστασιν nennet/ ꝛc.ꝛc. R. Non negabant expresse resurrectionem universalem corporum, negabant vero illam implicite, asserendo resurrectionem ex peccatis jam esse factam, adeoqve alteram, exstincto peccato, non esse sperandam. Hinc *Grotius* apud *Polum* Synopſ. Critic. Tom. V. p.m. 1058. *Resurrectionem mortuorum non expresse aperteque negabant, ne statim deprehenderentur, sed oblique, & insidiose, ut hæreticis mos est.* Vide qvæ supra dicta sunt Sect. III. II. Mysterium in particula demonstrativa τὴν, jam revelavit noster *Salomon Glassius* Philol. Sacr. Lib. III. Tract. II. c. 1. p.m. 498. Edit. FF. 1653. Articulus ὁ, ἡ, τὸ. Sæpissime qvidem singulari Emphasi caret. Qvi l. c. omnino videatur. Primum argumentum Petersenianum jam

est dilutum Sect. III. n. 1. & 2. ubi illud satis superqve probavimus, futuram corporum resurrectionem eos negasse. Secundum de voce γεγονότα resolutum est qvoque. Sect. II. Tertium non nisi stultus assereret. Qvartum argumentum satis enucleatum. Sect. III. n. 2. Sic omnia cadunt, & licet in aliis suis scriptis multa infinitaqve faciat verba, res tamen omnis huc redit, & sane vix exprimere possum, qvo tædio legantur, & qvo longe majori hic afferantur atqve repetantur.

Nam hæc modo dicta transcribit in Φανέρωσιν, ut una eademqve sub mutatis verborum involucris appareant. Sic enim p. 40. ait. Hymenæus und Philetus haben keine andere als die erste Auferstehung zum Reich geleugnet/ und haben sie mit diesem medio termino geleugnet: Weil die jenige Auferstehung/ davon die Propheten/ absonderlich Esaias 26. geredet/ schon geschehen wäre/ als Christus auferstanden/ und viele Leiber der Heiligen mit ihm auferstanden wären; da wäre die Weissagung Esaiæ erfüllet/ &c. &c. Idem per idem, & manifestissima petitio principii. Hymenæus atqve Philetus ob negatum Millennium à Paulo sunt traditi Satanæ, qvoniam negarunt resurrectionem primam in sensu chiliastico. Perinde ac si dicerem, Chiliasta non intelligit Paulum, quia non percipit mentem Pauli. Optimus ergo dispvtandi modus apud nostrum, ubi id velut certum evictumqve proponitur, qvod adhuc maxime erat probandum. 2. Falsum est, eos negasse resurrectionem primam in sensu fanatico atqve chiliastico, cum universalem illam corporum resurrectionem negaverint, ceu supra ex *Epiphanio*, *Augustino*, aliisqve probavimus. 3. Hoc medio termino ex Es. 26. resurrectionem primam in sensu fanatico eos negasse dicitur, non probatur. 4. Paulum Chiliasmum fanaticum inculcasse est πρῶτον ψεῦδος, & antea demonstrandum.

Instat

Instat p. 40. f. Daß diesem so sey / und daß dieses die Krafft des Sinnes des Apostels an diesem Ort sey/erhellet daher/indem er in eben diesem Cap. darinnen er gegen den Hymenæum und Philetum handelt/neml. in dem 2. Tim. II, 11.12. mit nachfolgenden theuren Worten spricht: Das ist je gewißlich war/sterben wir mit/ so werden wir mit leben/ dulden wir/so werden wir mit herrschen; verleugnen wir/so wird er uns auch verleugnen; glauben wir nicht/so bleibt er treu/ er kan sich selbst nicht leugnen. Weil nun Christus in den gesegneten 1000 Jahren zu herrschen anfängt/ und verheissen hat/ daß seine Gläubigen und Heiligen mit ihm die 1000 Jahr regieren werden; welche Art der Regierung/er mit dem Reiche elapso illo millennio dem Vater überantwortet; so ist es auch klar und offenbar/daß der Apostel auf solche heilige Regierung Christi und Mitregierung seiner Heiligen in diesen Verheissungs-Worten gesehen/und solche Warheit seinem Timotheo und allen andern Christen tieff hat einprägen und beybringen wollen. Und weil niemand zu solchem heiligen Reiche Christi/mit ihm zu herrschen/gelanget/es sey denn/daß er Theil habe an der ersten Aufferstehung; So hat der Apostel in den unmittelbar vorhergehenden Worten: sterben wir/so werden wir mit ihm leben/ solche gesegnete erste Aufferstehung/da die Todten in Christo/ die ihm angehören/bey seiner andern Zukunfft zu erst aufferstehen/warhafftig gelehret/und sie gegen die beyden Ketzer/ Hymenæum und Philetum, bekräfftiget/die da sagten: die Aufferstehung wäre schon geschehen/von dessen Geschwätze sich und seine Zuhörer abzuwenden und dafür die Ohren zu verstopffen. Denn glaubten solche Ketzer nicht/was er kurtz vorher von dem Leben und Herrschen der heiligen Kämpffer und Uberwinder gelehret/so bliebe doch GOtt getreu/er könte sich selbst nicht leugnen/er würde schon sein Wort und seine Verheissung an ihme wahr machen/darum solten sie sich entschla-

schlagen des ungeistlichen/losen Geschwätzes/ denn es hülffe viel zum ungöttlichen Wesen/ und ihr Wort fresse um sich wie der Krebs/ unter welchen wäre der Hymenæus und Philetus, welche der Warheit gefehlet / und gesaget hätten: τὴν ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, die Auferstehung wäre schon geschehen/ und hätten damit etlicher Glauben verkehret. O qvantæ absurdorum myriades. 1. à condominio seu simul regnando cum Christo, ad Chiliasmum fanaticum qvæ collectio? Apoc. XXII, 5. pii in vita æterna regnabunt in secula seculorum εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. E. in vita æterna erit millennium fanaticum? Proba regnare cum Christo, hic necessario, & non aliter interpretandum esse, quam cum illo mille annos fanaticè regnare. 2. Connexionem urgere videtur, sed admodum absurde. Distingve partes capitis, & videbis in hac tertia parte Paulum agere de hæreticis, qvos velut ἀντιμολόγους fugiendos sistit. Sed qvid inde? E. negarunt dominium cum Christo? Qvæ absurda collectio! Qvare non negarunt vitam cum Christo? Qvare non salutem in Christo? De qva v. 11. qvare non æternam gloriam? Qvo pacto Tua ita asseris, eodem modo & hæc rogata asserere possem? Sed de hac connexione jam supra diximus & infra redibit.

Hostes cum desint, sibi ipsi fingit larvas, qvibuscum certet. p. 41. Mit der Verleugnung dieser Auferstehung/ davon hie der Apostel redet/ haben sie nicht die allgemeine Auferstehung geleugnet/ indem sie nicht hätten sagen können/ sie sey schon geschehen; denn wo gar keine Auferstehung ist/ und einer glaubet/ daß sie gar nicht sey/ so kan er auch nicht glauben/ daß je eine geschehen sey/ wie deßwegen der Apostel 1. Cor. 15/ 13. also schliesset: Ist aber die Auferstehung der Todten nichts/ so ist auch Christus nicht auferstanden. Darum so diese Ketzer gar keine Auferstehung geglaubet/ so hätten sie nicht sagen können/ die Aufferstehung wäre

schon

schon geschehen; als mit welchen Worten sie würcklich eine Auferstehung zugaben und gestunden. Es hätte auch solche Lehre unter den Gläubigen nicht wie ein Krebs können um sich fressen / denn solche hätte kein Christ angenommen / der ja die Auferstehung Christi glaubet. Dahero war es die Verneunung der zukünfftigen ersten Auferstehung / so diese beyde Ketzer leugneten / ꝛc. ꝛc. Argute dicta, qvasi ab assertione Resurrectionis spiritualis non progressi essent ad negandam universalem corporum resurrectionem, qvod ex Augustino, Epiphanio, aliisqve jam demonstravimus, hos refutet Chiliasta. Nec dicere potuerunt universalem corporum resurrectionem esse factam, nisi stultissimi fuissent. Qvippe qvi una cum aliis adhuc vivebant, & sua corpora secum circum ferebant. Liberalis autem est noster concludens. E. negarunt resurrectionem primam in sensu chiliastico. Perinde ac Johannes non est Græcus. E Est Logicus. Chiliasta non est Pontificius, E. orthodoxus. Egregia argumentatio.

Subnectit qvædam de loco 1. Corinth. XV, 12. & refutaturus ea, qvæ in Regno Chiliastico funditus deleto, p. 175. dicta sunt, excipit, p. 42. φανερώσως. Aber wo stehet das in dem Text / daß einige Gläubige aus der Gemeine zu Corintho also seyn verkehret worden / daß sie darauf gantz keine Auferstehung geglaubet haben? Denn diese Worte / τινες εν ὑμῖν, gehen nicht auf die Gemeine / sondern auf die jenigen Schwätzer / die unter der Gemeine eingeschlichen waren / und gesaget hatten: ὅτι ἀνάστασις νεκρῶν οὐκ ἔστιν, dafür der Apostel Paulus in dem 23. und 33. Vers. gewarnet hatte / daß sie solchen faulen Geschwätze ja nicht zuhören solten / aber daß sie von solchen Irrgeistern zu solcher bösen Lehre würcklich wären verführet worden / solches stehet nicht geschrieben. Ignorantiam suam prodit *D. Petersen*, cum non videat distinctionem inter sensum compositum & divisum.

Hinc

Hinc in *Regno Chiliast.* p. 174. clare satis dictum, wahre Christen/qvatenus tales, als wahre Christen/ gestatten falschen Lehrern keinen Eingang/ ꝛc. Nec insolens est illa locutio ipsis sacris scriptoribus, 1. Joh. III, 9. *Qui natus est ex Deo peccatum non committit, quoniam semen ipsius in illo est, nec potest peccare*, (qvatenus renatus) *eo quod ex Deo natus est.* Qvare a sensu diviso ad compositum N. V. C. Porro da impossibilitatem, ob qvam pii seduci neqveant? Nonne Galatæ illuminati strenueqve tractantes verbum Dei fascinati dicuntur à Paulo? Galat. III. Qvod dicat per τινες ἐν ὑμῖν intelligendos esse solos Pseudo-Apostolos, non vero qvosdam ex Ecclesia Corinthiaca, nullo nititur fundamento. Nam 1. evincendum illi id erat firmis argumentis, qvod non dum præstitit, nec in æternum præstabit. 2. Si τινες h. in l. restringit ad hæreticos, eodem modo apud 2. Timoth. II, 17. referendum erit ad Hymenæum atqve Philetum, cum ibi dicatur ἀναστρέφειν τὴν τινων πίστιν. Qvam absurdum autem esset: Hymenæus atqve Philetus subverterunt fidem qvorundam, non ex Ecclesia aut communione, sed suam fidem. Ostendat ergo Chiliasta, ob qvas causas τινες 1. Corinth. XV, 12. necessario ad solos hæreticos, in posteriori autem loco simul ad illos ex communione seu Ecclesia pertineat.

Dicit noster apud Hymenæum atqve Philetum statim addi: hæresin eorum depascere instar gangrænæ ceu p. 42. profert. Aber in 2. Timoth. II. stehet/ daß wircklich einiger Glaube sey verkehret worden/ und also verkehret/ daß sie darauff geglaubet haben/ was Hymenæus und Philetus gelehret/ und daß sie incurabel geworden/ wie man den eingerissenen Krebs nicht leicht curiren mag. Also hätte aber die Lehre der Ketzer unter der Gemeine zu Corintho, die sie de nullitate resurrectionis führeten/ nicht um sich greiffen können/ wie es hergegen der Hymenæus und Philetus gar plausibel habe vorgetragen / daß die prophetischen Verheissungen/

sung von der particulirten Aufferstehung der Heiligen / bey den außerwehlten Heiligen / die mit Christo auferstanden / waren erfüllet / und also die Auferstehung schon geschehen wäre / wie außdrücklich Sedulius schreibet / daß sich diese Leute auf das Exempel solcher mit Christo Aufferstandenen beruffen haben: resurrectionem jam factam in iis qvorum corpora cum Christo resurrexerunt. Womit sie denn nicht allein dem Paulo ins Angesicht widersprachen / sondern auch alle Hoffnung zu der prærogativ der ersten und heiligen Aufferstehung zu kommen / den Anfänglingen in den Christenthum zugleich weg nahmen / ihren Lauff und Brünstigkeit hemmeten / und gar ihren Glauben verkehreten / welches Wort ἀναστροφὴν einen grossen Nachdruck hat / und in der Epistel an den Titum am I, 11. gebrauchet wird / da geschrieben stehet / daß die falsche Apostel gantze Häuser verkehret haben; eben also haben auch diese beyde Ketzer den umfressenden Krebs ihrer gottlosen Lehre wircklich unter die Gemeine gebracht / und denn etlicher Glauben umgekehret und verstöret. ℟. Et hanc gangrænam experta est Ecclesia Corinthiaca, qvippe in qvam iidem hæresiarchæ venerant, & articulum de resurrectione mortuorum pervertere studebant, ceu supra ex Augustino locum adduximus, & ex aliis probavimus. Qvid ergo mirum? si qvidam Corinthiaci hac hæresi sunt infecti? Et ob qvam rationem Apostolus hunc articulum tam emphatice inculcaret, nisi cognosset, qvosdam suorum auditorum hanc negare? In qvem finem ad baptismum super sepulchra relegasset, nisi ostendere voluisset insipienter id negari ab illis, in cujus commonefactionem & certificationem baptismate super sepulchra essent tincti atqve asperſi. De plausibilitate (liceat sic loqvi) Hymenæi atqve Phileti noster nil dicere potest, cum proprium eorum sententiam ignoret, & unde demonstrabit, hanc decipiendi artem atqve fraudem defuisse illis, qvi inter Corinthios hunc articulum

labefactare ſtudebant. De nullitate reſurrectionis primæ in ſenſu fanatico ſæpius jam diximus, & tædet plura verba perdere. Parturiunt autem montes & naſcitur ridiculus mus. *Sedulius* debet eſſe teſtis, reſurrectionem primam in ſenſu fanatico eſſe factam, aſſeruiſſe hos hæreticos. Verum ubi vel ſyllaba reſurrectionis primæ in Sedulio? Id ſolum dicit, aſſeruiſſe hæreſiarchas, reſurrectionem jam factam eſſe in iis, qvorum corpora cum Chriſto reſurrexerunt. Audite qvid conatu magno, ignorantia puerili ex his nectat. Womit ſie dann nicht allein dem Paulo ins Angeſicht widerſprachen/ ſondern auch alle Hoffnung zu der prærogativ der erſten und heiligen Aufferſtehung zu kommen. Non opus eſt verbis cum hæ nugæ ſemetipſas refutent. Addo autem hoc, ſi Hymenæus atqve Philetus nil aliud ſtatuiſſent qvam factam eſſe reſurrectionem in iis qvi cum Chriſto reſurrexerant, nec ſub hoc aliud qvid monſtri aluiſſent, minime à Paulo potuiſſent tradi Satanæ. Nam vera hoc modo dixiſſent, ſed cum ex facta reſurrectione univerſalem futuram eamqve corporum negarent, uti ſupra vidimus, merito rejiciebantur. Nec putet Chiliaſta Sedulium hac in re nobis eſſe contrarium. Nam uti ſupra diximus non adeo ſumus ſolliciti de origine hujus erroris Hymenæi atqve Phileti, qvem uti diverſe, ab eruditis aſſertum vidimus, ſed ſufficere nobis demonſtrare, univerſalem illam corporum reſurrectionem ab hæreticis hisce eſſe negatam adeoqve ob hanc negatam Satanæ a Paulo eſſe traditos. Nunc videant eruditi omnes num *Sedulius* hac in re nobis ſit contrarius. Qvam fraudulenter cum Sedulio agat Chiliaſta, in Deſperata Chilis. Cauſſa videbimus. Id ſaltem moneo, Sedulium varias adducere ſententias, nec certam aliqvam eligere, qvi ergo Chiliaſta dicere poteſt, Sedulium hanc ſententiam fovere?

Revertamur autem ad Corinthios à qvibus aliquanliqvanto

to longius abimus. Imaginatur sibi *D. Petersen*, pondo aliqvod addere Chrysostomum, dicentem. *Hic adversariorum audacia præoccupata est, non enim inquit Apostolus Vos dicitis, sed inter vos quidam dicunt ne commune faceret crimen.* R. Parum solatii noster invenit. Id vult Chrysostomus, non omnes Corinthios, sed qvosdam inter eos resurrectionem negare, hinc non constitui commune crimen. Ast qvis unqvam dixit, omnes Corinthios hæresi hac esse infectos? Sic fingit sibi hostes qvibus cum dimicet. Certa in his pro lubitu, macera, excrucia te, pugna omnis erit de lana caprina.

Progreditur noster & p. 43. φανερώσεως proponit qvæstionem. Es fraget sich aber / woher man præcise und eigentlich wissen könne / daß Hymenæus und Philetus das Reich Christi und die erste Auferstehung zum Reiche geleugnet haben? R. Solches kan aus der Thesi des Apostels Pauli, der diese Ketzer widersprochen / wahrgenommen und erkand werden / gleich wie ich alle Antitheses aus der Thesi das die contradictoriam erkennen muß. Nun war das die Thesis: Sterben wir mit Christo / so werden wir mit ihm leben; dulden wir mit ihm / so werden wir mit ihm herrschen. Da setzet der Apostel das Leben und das Herrschen mit Christo unauflößlich zusammen / und führet es als eine zukünfftige Herrligkeit an / welche Timotheus in der Gemeine Gottes lehren und predigen solte / nach den Worten: solches erinnere sie / und bezeuge für dem HErrn. Er selbst / der Apostel Paulus, thut solche Bezeugung von der Herrligkeit dieses zukünfftigen Reichs Christi / und spricht in den 4. Cap. dieser Epist. an den Timotheum am 1. v. So bezeuge ich nun für GOtt / und dem HErrn JEsu Christo / der da zukünfftig ist / zu richten die Lebendigen und die Todten mit seiner Erscheinung und mit seinem Reich; In welcher / und bey welcher Erscheinung er auch seine Krone und seine Mitregierung hoffet / mit allen / so

die Erscheinung Christi lieb gehabt haben/ v. 8. Weswegen er alles geduldet/ den guten Kampff gekämpffet/ den Lauff vollendet/ und Glauben gehalten hatte/ wie solches in den 7. v. und in den 2 Cap. v. 10. zu sehen. Inaudita hermeneutica! Alias dicitur, qvi bene distingvit bene docet, utinam id D. Petersen obsetvasset, non ita impugnaret in prima rudimenta hermeneutices. Confusum ingenium, confundit totius capitis partes inter se, non aliter, ac si una eademqve res continua serie proponeretur. Qvod absurdum ex iis facile refellitur, qvæ supra de connexione capitis diximus. Nam ubi sunt diversa objecta & genera, ibi necessario facienda est Distinctio atqve partitio. Qvæ si qvis in hoc capite non videt, cœcus est. Non lubet heic actum agere, sed remittimus ad ea, qvæ de connexione atqve partitione supra apposuimus. Interea videbimus paulo accuratius Chiliastæ verba. Putat v. 12. esse thesin, huic contradixisse Hymenæum atqve Philetum, ex qvibus concludit, hæreticos hosce negasse resurrectionem primam in sensu fanatico, seu Chiliastico. Mi Doctor Qvæ? Qvalis? Qvanta? 1. proba hunc 12. versiculum esse necessario thesin, non vero præcedentem 10, aut alium qvendam. Nam in qvo genere est v. 11. & 12, in eodem genere est v. 10. 2 Qvæ sequela, regnabimus cum illo, E. in Millennio? responsionem jam dedimus alibi, qvam infringe, si vir es. Vide autem, nonne huic iterum à genere ad speciem affirmativè concludis? Nonne regnum est genus, & millennium seu regnum Chiliasticum species? Nega si vir es. 3. Da rationem, qvare sequentia antitheseos loco ponantur? Demonstratio partium hujus capitis, longe aliud nobis dedit.

Instabit: *verba hæc de Hymenæo atque Phileto versum 11. & 12. Excipere adeoque credibile esse sequentia ad hos versus pertinere.* R. qvo pertinebunt v. 13. 14. & 15? inter v. 12. & 16. interpositi? pertinent ne ad thesin, aut ad antithesin.

titheſin. Non ad theſin cum in v. 14. & 15. primario nil aſſerat, ſed Timotheum muneris ſui admoneat, ſuos ut dehortetur de λογομαχείαις, & ſemet ut verum Dei miniſtrum exhibeat, nec ad antitheſin hi v. 14. & 15. pertinebunt, cum nihil præceſſerit ad qvod reſtringi poſſent. 2. à connexione verſiculorum ad connexionem rerum N.V.C. Qvoties in uno capite diverſa genera atqve objecta occurrunt, qvis autem ſapiens diceret, connexionem fore inter res ipſas, cum ſit connexio verſuum? Facile id ex Prophetis & Evangeliſtis probare poſſem, ni crederem, vel pueris id eſſe notum, nedum Doctori.

Reliqva ut adducamus operæ pretium non eſt. Nugarum ibi non eſt finis, & qvod illi probandum erat, id velut evictum certumqve ſemper præſupponit v.g. demonſtrandum illi erat Hymenæum atqve Philetum negaſſe reſurrectionem primam in ſenſu fanatico, & idem velut jam probatum (cum tamen nil minus qvam hoc egerit) adducit & figmenta ſuperſtruit. Accedit, qvod eandem rem vel in illis paginis ad nauſeam usqve repetat. Qvare ne inæſtimabile tempus perdamus, Lectoremqve B. lectione nugarum fanaticarum defatigemus, conſiderati omittimus. Reſtat autem ut illa adhuc videamus, qvibus vitioſam argumentationem à genere ad ſpeciem in affirmativis à ſe amoliri cupit φανερώσ p. 46. Welche Ketzer der Lehre und Satz des Apoſtels Pauli von der Aufferſtehung der Gerechten zu dem Reich (nach den Worten: Sterben wir/ ſo werden wir mit ihm leben; dulden wir/ ſo werden wir mit ihm herrſchen/) widerſprochen/ die haben entweder die künfftige Hoffnung der Auferſtehung insgemein/ und plat alle Aufferſtehung dahin geleugnet/ oder ſie haben auch in dem H. Worte GOttes und in dem vorgelegten Paulini ſchen Ort wolgegründete Hoffnung der Auferſtehung der Gerechten zum Reich geleugnet. Nun haben die beyden Ketzer Hymenæus und Philetus der

Lehre und dem Satz des Apostels Pauli von der Auferstehung der Gerechten zu dem Reiche widersprochen/ darum haben die beyden Ketzer Hymenæus und Philetus entweder die zukünfftige Hoffnung der Auferstehung insgemein/ und plat dahin alle Aufferstehung geleugnet/ oder sie haben auch in dem H. Worte GOttes/ und in dem vorgelegten Paulinischen Ort gegründete Hoffnung der Auferstehung der Gerechten zum Reich geleugnet. Denn in diesen beyden Stücken muß die Leugnung bestehen/ oder der Herr Koch gebe noch ein drittes. Weil nun/ wie droben mit mehren bewiesen/ diese beyde Ketzer nicht nullitatem Resurrectionis statuiret, oder plat dahin alle Auferstehung geleugnet/ indem sie ja gesaget/ die Auferstehung sey schon geschehen/ womit sie implicite eine Auferstehung glauben 1. Cor. XV, 13. dahero folget/ daß solche Ketzer τὴν ἀνάστασιν, wie sie der Apostel hie/ und in der Epist. an die Philipp. am III, 11. und in der 1. Cor. XV, 23. geglaubet/ neml. die sonderbare Aufferstehung der Gerechten zum Reich geleugnet/ und dadurch den Anathematismum des Apostels Pauli verdienet haben/ Arrige aures Pamphile, Er erschrecke für solchen anathemate, welches ihn eben so wol betroffen hätte/ wenn er zur Zeit des Hymenæi und Phileti gelebet/ als mit welchen er wol in ein Horn würde geblasen haben/ wie er itzo thut/ und mit solchem Ketzern diese H. Warheit so præfacte leugnet. Denn zu der Zeit war diese heil. Lehre von der prærogativ der ersten Auferstehung zum Reich nicht so unbekant/ als nun sie eine lange Zeit gewesen ist/ wie ichs in meiner nube Testium veritatis erwiesen habe/ weßwegen der Apostel Paulus gegen solche Ketzer als refractarios veritatis divinæ hoftes also scharff hat schreiben/ und ihren Leib dem Teufel zur genesung des Geistes übergeben können. Nachdem nun eben diese Warheit wieder hervor bricht/ und GOtt sie bey Herannahung dieses Reichs/ welches Apoc. XX beschrieben ist/ mit solcher Krafft wieder offenbaren lässet/ so sehe der Herr

Koch

Koch zu/daß er nicht etwas von solchem Anathematismo empfinde/wo er noch dieser meiner vorgelegten Offenbarung der Warheit gegen sein Gewissen ein bitteres/ feindseliges und widersprechendes Hertz zeigen würde. Extra se esse vid. D. Petersen hæc scribens. 1. Omnes expeto judices, num resurrectio non sit genus, & resurrectio prima species, qvoniam sub resurrectione velut genere continetur. Qvi ergo à non negata resurrectione concludit ad negatam resurrectionem primam, is non potest non concludere à genere ad speciem affirmative. Omnes Logicos hac in re arbitros exopto, & si Petersen ullum Logicum afferre potuerit, qvi contrarium asserat, palmam hac in parte dabo. 2. De duabus antithesibus vix dignum est loqvi. Supra jam ostendimus v. 11 & 12. neqve theseos neqve v. 16. antitheseos loco stare posse 3. Posito, non concesso, hos versus theseos vicem sustinere, non tamen habeat eas antitheses, qvas noster format. Nam v. 11. dicit. Si cum eo mortui sumus, cum eo etiam vivemus. Hujus ergo antithesis esset, non vivemus cum illo & v. 12. Si toleramus, cum illo etiam regnabimus. Antithesis: non regnabimus cum illo. Nunc conferantur antitheses nostri cum illis der 1. Entgegensatz ist dieser: Es wird gar keine Aufferstehung seyn. Der 2. Entgegensatz ist/es wird keine sonderbare Auferstehung der Gerechten zum Reiche. Oqvalis Logicus. Negato genere negatur & species, nonne. Et qvi resurrectionem negat, velut genus, qvi asserere posset resurrectionem primam? Qvod autem dicat Hymenæum atqve Philetum non defendisse antithesin 1. est πρῶτον ψεῦδος, & contra Epiphanium, Augustinum, aliosqve, & qvod asserat antithesin 2. ab illis esse tenaciter defensum, est manifestissima petitio principii. Sic incidit in Scyllam D. Petersen qvi volebat vitare Charybdim. Sed recensendis his nugis finem me esse impositurum promisi, eaque jam solvens, Dn. D. Petersen hac vice. Gregorii M. verbis lib. 8. Moralium

lium dimitto: *Nonnulli dum plus exquirunt contemplando, quam capiunt, usque ad perversa dogmata erumpunt, & dum veritatis discipuli esse negligunt, similiter Magistri erroris fiunt.*

Sectio VI.

Chiliastas potius, & inter hos D, Petersen, Hymenæi atque Phileti sodales esse, demonstrans.

Dilutis adversariorum argumentis, solideqve per hactenus dicta demonstrato, Anti Chiliastas nullo modo inter Hymenæi atqve Phileti sodales posse referri, restat adhuc, ut tela in ipsos adversarios dirigamus, eosqve suo jugulemus gladio. Id omnium optime fiet, si ostenderimus, *Chiliastas, & inter hos D. Petersen, majori jure Hymenæo atque Phileto posse adnumerari, quam Anti-Chiliastas.* Demonstratu non erit adeo difficile, hos hæresiarchas inter Pseudo-Apostolos fuisse, qvibus cum Paulo, aliisqve Apostolis acerrimum sæpe intercessit certamen. Cum enim in perversa sententia persisterent, Ecclesias turbarent, fidemqve nonnullorum perverterent, traditi à Paulo sunt Satanæ, 2. Timoth. II, 18. Confirmat id *Dn. D. Bebelius Antiquit. Eccles. Sec. 1. Artic. VI.* p. m. 100. & *Magdeburgens. nostri Cent. 1. lib. II c. V.* p. m. 487. ubi Hymenæus & Philetus expresse inter Pseudo-Apostolos numerantur. Qvæ vero eorum fuerit matæologia, & ex qvibus lacunis istam hauserint, ostendunt iidem l. c. *Hæc doctrina orta est ex confusione Judaicæ doctrinæ & Christi, ac procul dubio hæc tam concinna conciliatio plausibibilis fuit.*

Qvid accuratius in nostras Chiliastas qvadrare? qvid convenientius in illos dici poterat, quam eorum nugas ex commixtione Judaismi cum Christianismo oriri? Cerinthus, omnium, ut credo, confessione antesignanus Millenariorum fuit, cujus sectatores ab *Epiphanio Panar. advers. Hæres.*

ref. lib. 1. Tom. II. Hæref. XXVIII. p. m. 113. inter Pseud-Apostolos numerantur. Is non tantum natione Judæus erat, sed ad fidem Christianam conversus, Syncretismum inter Judaismum & Christianismum meditabatur. Hinc *Epiphanio* l. c. p. m. 110. *Judaicos ritus adsciviſſe* dicitur, *& p. 116. aut V. Testamento rituque ad evertendum N. utitur, aut fraudulenter rationibus ex N. T. depromptis Apostolos, qui è circumcisione ad Christi se fidem applicarunt, falso impugnare utitur.* Qvæ *Dn. Ittig.* hac de re tradit, videri possunt. *Dissert. de Hæresiarch. Sect. 1.* C. V. p. m. 51. nec majori uberioriqve probatione indigebit, cum ipse D. Petersen fateri cogatur, Ausbreitung p. 51. eum fuisse Semi-Judæum, & uti l. c. loqvitur, habe den Christen solchen bösen Chiliasmum beybringen wollen. Hæc itaq; Chiliasmi origo, hinc fons, qvi in Pseudapostolis miscentibus Judaismum cum Christianismo ortus, & ex qvibus ad nostros usqve Chiliastas rivuli non limpidiores, sed lutosi fuere derivati. Qvis propius nunc accedit ipsis Pseudapostolis, Hymenæo atqve Phileto? quis potiori jure eorum sodalis vocandus? nisi hi nostri Chiliastæ: qvi hos secuti Judaismum cum Christianismo miscent?

Instabit D. Petersen, *se toties rejeciſſe Cerinthi Chiliasmum, sibique falso hanc sententiam imputari.* R. Non desunt alii Chiliastæ, quos Cerinthi minime pudet. *Seidenbecherus* Chiliast. S. p. m. 282. non dubitat dicere. Was von Cerintho auf Widerparts Seiten bißhero ist geschrieben worden/ als solte er bey dem tausend-jährigen Reiche nur eine irrdische Wollust und fleischliches Leben gesuchet haben/ das ist schon verdächtig/ es schreiben solches ihm seine adversarii nach ꝛc. adeoq; hic saltem Chiliasta, & qui ab ejus partibus stant, Pseudapostolorum Hymenæi atqve Phileti sunt sodales. (2) nullas adduxit firmas rationes D. Petersen, qvibus evincat, se Chiliasmum Cerinthi repudiasse. Qvamdiu suo Lactantio agglutinatus est, tamdiu una cum Lactantio Cerinthus est suscipiendus, fovendus & de-

fendendus. (3) Cum ipsi Chiliastæ Judæos hac in re nobis præponant, satis ostendunt, se una cum Cerintho ex Judæorum lacunis sitim suam restringuere potius velle, qvam ex limpidissimo Scripturæ fonte.

Regeret, *Cerinthum ideo Semi-Judæum vocari, quod Judaicos ritus introduxerit, vel secundum Pseudo-Hieronymum*, Indic. Hæres. CIX. *Circumcisionem non intermittendam, sabbatha cum diebus festis Judaico ritu celebranda, aliasque Mosaicas ceremonias stricte observandas esse docuerit, non vero ob Chilasmum ita appellari.* R. Dato, Pseudo-Hieronymum candide egisse, contra qvem alias multæ exceptiones institui possent, noverit tamen, à positione alicujus ad exclusionem alterius N. V. C. adsciverit Judaicos ritus, urserit circumcisionem, vocetur exinde Semi-Judæus, aut qvis ideo negabit, eum quoqve ob Chiliasmum invectum atqve propagatum Semi-Judæum vocari? Nonne apud S. Patres isti judaizare dicuntur, qui has fabulas fingunt? Qvi Apocalypsin quoad literam exponunt, judaizantes sunt *Hieronymo lib. XVII. in Esaiam. Tom. V. Oper. p. m. 203. & ipsum* Chiliasmum *Judaicas fabulas* appellat. lib. XI in Ezech: l. c. p. m. 432. Nonne ergo Chiliastæ nostri Judaizantes & Semi-Judæi sunt? Et quid dicam de Chiliastarum Deo tutelari, Lactantio? nonne crassissimo errore Judaico fuit infectus? vid. *Hieronym. Epist. ad Pammach. & Ocean.* Oper. Tom. II. p. m. 130.

Ipsam qvoqve rem si accuratius paulo ponderamus, non potest non elucescere mixtura Judaismi, & Christianismi, & quibus Judæi sua figmenta stabilire conantur, iisdem utuntur Chiliastæ. Qvæ grata somnient somnia Judæi in adventu Messiæ, prolixe ostendit *Gerson* in den Talmud cap. XVI. p. m. 92. s. *Buxtorf.* Synag. Judaic. c. XXXVI. p. m. 647. s. aliiqve qvam plurimi, qvos adducere, hujus loci non est. Hæc ambabus arripiunt Chiliastæ, & ne Judæorum castra tam aperte seqvi videantur, immiscent Christiana. Ut enim judæi suas delicias in adventu

Messiæ

Messiæ in carnem sibi promittunt, ita Chiliastæ, ne formales Judæi videantur, spe gaudiorum sub adventum Messiæ ad judicium sese lactant. Differunt itaqve temporis distinctione, ita ut Judæi avidiores sint, & sub primum adventum, Deorum vitam sibi polliceantur, Chiliastæ autem lento gradu incedentes in secundo adventu ad regnum ire sibi promittant. In nugis, figmentis, mendaciisqve nulla ferme erit differentia, ceu id in *Chiliasta Judaizante* probavi.

Nullam de me conqverendi babebit causslam D. Petersen, ac si ipsi affingerem ea, quæ toto corde aversatur, qva exceptione alias promptissimus est, ipsos enim Judæos Anti-Chiliastis longe præfert, eosqve velut fratres osculatur Warheit des Reichs/part. II. p. 123. s. qvæ communis est Chiliastarum sententia ceu l. c. videre licet. Et cum harmoniam inter hos fratres in *Chiliasta Judaizante* ostendissem, soricis instar se prodit D. Petersen Ausbreitung p. 78. Es ist wahr/daß die von ihm angezogene Juden in ihrem Zeugnüß mit mir übereinstimmen/ so hat er mit grosser Mühe bewiesen (qvanqvam nil minus quam maximus labor in illo scripto videndus) daß sie ein gröser Licht in der von mir aus der H. Schrifft erwiesenen Warheit haben/ als Er/der doch ein Christ seyn will/(& talis est, majori jure qvam D. Petersen, qvi canonizat Atheum, Naturalistas, & alios cruce dignos,) und durch das Licht Christi von dem Reiche ein höheres Licht als die Jüden haben solte. [quæ conseqventia?] Wo auch solche Warheit in der A. C. verworffen wäre/so hätte sie die Warheit der H. Schrifft verworffen/ und NB. sich selbst verwerflich gemacht/ und wäre eben deßwegen auf ihren Widerspurch wenig zu achten/ viel weniger auf den/der sich auf solches Zeugniß zu Widerlegung der ewigen Warheit verlässet. &c. &c. Ita sane arridenti illi judaicæ fabulæ, ut, si ab A. C. essent rejectæ, ipsam S. confessionem erroris arguat, cui hac in re subscribi non posset. Qvod addat, carnales ibi Judæorum opiniones

esse damnatas, hoc innuit, Judæorum proprie sic dictorum nugas esse rejectas, non vero Semi-Judæorum, aut Judæo Christianorum, qvales hodierni Chiliastæ.

Accedendum nunc ad media utrisqve communia. Qvam tenaciſſime Judæi inhæreant literæ, ostendit *Havemann*, Wege-Leuchte P. 1. p. m. 69 eodemqve modo nostri Chiliastæ Prophetas tractant, ut patet ex Nubeculæ D. Petersen lib. 1. O si perpenderent egregia piaqve *Gergorii Nazianzeni* verba Orat. XXXVII. Tom. 1. Oper. p. m. 594. Τὸ ἔνδυμα ἀσεβείας ἐστὶν αὐτοῖς ἡ φιλία τῦ γράμματος. *Studium literæ illis est impietatis obtentum.* Sane si dicendum, qvod res est, ipsum D. Petersen in medio Judæorum confidentem videmus. Qvam grata acceptaqve omnibus illis fanaticis sit Theologia Mystica, Deo volente, in altera parte *Desperatæ Chiliasmi Causſæ* liqvido demonstrabo; Sufficiat hac vice indice digito ostendere, qvanto amore, & D. Petersen, ejusqve conjux, & alii quam plurimi capti sint in explicatione illarum vocum Ecclesiarum, qvarum in Apocalypsi fit mentio. v. g. ἔφεσος denotat primo fervidum, post remissum, Smyrna à myrra, indicat lamentabilem Ecclesiæ statum & qvæ sunt harum næniarum infinita alia. Φανερώσει p. 265 & apud D. Petersenianam aliosqve, qvos notavi in *Mundus vult decipi* Tab. 1. Eadem figmenta fingunt Judæi apud *Leusdenium Jon. Illustrat*: Disp. IV. Sect. II. & quem succum ex amaro sterilique literæ cortice exsugant Judæi, ostendit *Leusdenius* l. c. æqve ut nostri fanatici. Non est hujus loci ut prolixius hæc demonstrem, cum ea uberrime exposita atqve deducta in promissa altera parte *Desperatæ Chiliasmi causſæ*, sim traditurus, interim sufficere possunt, ut videamus, nostros Chiliastas aut Semi Judæos, aud Judæo Christianos appellari posse.

Hoc evicto, notandum restat, *quam plausibilis sit illa concinna conciliatio*, qvam adeo D. Petersen hoc in negotio urget. Semel perverse intellecto loco Apocalypseos XX, N. T. ex

Prophe-

Prophetis V. T. illustrandum est, ceu nugatur D. Petersen Φανερωσ. p. 108. s. s. ad qvod respondi in göttliche und himmlische Offenbahrung. §. 11. Qvæ non exinde oritur plausibilitas ex parte chiliastarum? Veritas sibi nunqvam contrariatur, & cum Apocalyp. locus cum Prophetarum vaticiniis tam accurate conveniat, veritatem se possidere gloriantur Φανερωσ. l. c. Mores hi fuêre Pseudapostolorum, inter quos Hymenæus & Philetus, qvi eandem concinnam conciliationem V. cum N. T. instituerunt, & hac plausibili fraude tot piis imposuêre. Hos Duces habent Chiliastæ, hos Patres, hos socios, quorum mores imitantur, quorum media arripiunt, qvorumqve exemplo Semi-Judæi, semiqve Christiani sunt.

Hæc fermè omnia nonnisi generalia fuêre, ast, ut chiliastas eo fortius constringamus, conferamus nos ad specialiora, in qvibus videbimus, *Hymenæi atque Phileti sententiam à Millenariis fuisse repetitam.* Ut suspicionem præjudiciis onerati, partiumque studentis effugiam, illos ex Reformata Ecclesia arbitros, & judices expeto. Qvem vero magis exoptarem, qvam *Calvinum*? de qvo *Maimburg Histoire du Calvinisme*, lib. IV. p. m. 337. *On ne peut nier, qu'il n'ait eu beaucoup d'sprit, qu'il n'ait egale & même surpaßè en son genere d'ecrire quelques uns des plus habiles de son, temps, si l'on considere la force, la purete, l'elegance, la majesté, la politesse, la netteté & la subtilité de ses expressions latines. On dit aussi, qu'il relisoit tout son Ciceron chaque anneé pour cultiver son stilè, quoy-qu'au jugement de cet habile Juris-Consulte, qui a ecrit sa vie, il ressemble plus a celuy de Tacite & Seneque, qu'au stile de ce Prince des Orateurs. Il faut aussi confesser, & ses ennemis mêmes en tombent d'accord, qu'il fut infatigable au travail, comme il paroit par la multitude de ses ouvrages, vigilant, extremement sobre, ne mangeant qu'une fois le jour, & fort peu pour*

remedier à ſa migraine & ſi peu intereſſe, qu'il ſe contenta d'une tres modique penſion, &c. Aſſerat idem Maimburg lib. 1. p. 65. *il epouſa la veuve d'un Anabaptiſte, auquel il avoit changer de Secte pour embraſſer la ſieune*, eo melius & accuratius perſcrutatus eſt eorum intima & abſcondita, & eo majori fide digna erit ejus litis compoſitio. Supra jam audivimus ejus verba, ex Comment. in Epiſt. II. Timoth. p. m. 814. *Proculdubio allegoricam neſcio quam reſurrectionem fingendo, quod etiam hac ætate tentarunt impuri quidam canes.* Divinatione non indigemus, qvos per impuros illos canes intelligat, Fanatici, Millenarii ſunt, fœtus ille, aut potius ipſe partus Monaſterienſis. Sic enim ſemet ipſum explicat *Brevi. Inſtruct. Muniend. Fidel. adverſ. errores Anabaptiſt.* Opuſc. collect. p. m. 469. ubi eorum ſectam vocat *venatam*, ac *peſtiferam infelicium malitiam, qui ſub ſpiritualitatis colore homines beſtiis mutis ſimiles reddere volunt.* Et p. 500. *Ad hæc omnia ſic reſpondent Anabaptiſtæ, ut facile oſtendant, quales ſint beſtiæ & quam perdite impudentes.* Porro *adverſus Fanaticam & Furioſam Sectam Libertinorum, qui ſe Spirituales vocant appellantur*, p. 507. *Ejecta beluina*, & p. 544. *inſiar beluarum ſe permiſcent, & nomine ſpiritualis matrimonii beluinam tegunt pollutionem.* Nonne itaqve hi Anabaptiſtæ ſunt impuri illi canes? nonne hi allegoricam neſcio qvam ſtatuunt reſurrectionem? nonne hi Hymenæi atqve Phileti ſodales ſunt?

Verum ne diutius conſeqventiis inhæreamus, audire placet ipſa Calvini clara verba, qvibus ſententiam ſuam in Commentariis prolatam explicat, & Fanaticos Hymenæi atqve Phileti conſortio adjungit. Aurea ſunt, quæ l. c. c. XXII. p. m. 548. lego: *Paulus mentionem facit* (2. Timoth. II.) *Phileti & Hymenæi, qui jam ſuo tempore reſurrectionem eſſe factam dicebant, oſtendens nefariam eſſe hæreſin, qua fides Chriſtiana prorſus evertitur. At nihilominus* NB. *canes iſti*

[iidem

(iidem nempe, qvos in Commentar. impuros canes nominaverat, nempe Fanatici) *execrabilem errorem suum adversus sententiam adeo perspicuam tueri non desinunt. Rident enim spem omnem, quam de resurrectione habemus, idque jam nobis evenisse dicunt, quod adhuc exspectamus. Si quæratur quo modo id intelligant, nempe inquiunt, ut homo sciat, animam suam spiritum immortalem esse perpetuo viventem in cœlis, ac Christum morte sua opinationem abolevisse, eaque ratione nobis restituisse vitam, quæ in eo est, ut nos minime mori cognoscamus.* En! qvomodo impii isti cum majoribus suis Hymenæo atqve Phileto præcipuum fidei nostræ fundamentum evertant, *sine quo Evangelium, ut ait Paulus, nequit consistere.* Et qvantum ex subseqventibus verbis videre licet, felicitatem piorum in hoc mundo sibi imaginabantur, & cum Pauli vocem; *nos jam resurrexisse*, non recte intelligerent, id de glorioſa jam vita, abundantiqve omni deliciarum genere interpretabantur, ceu facile liqvet ex subseqventibus. Eadem fingunt Chiliastæ, felicitatem sibi promittunt in terris, perfectionem vitæ jactitant more Anabaptistarum, & cum eorum placita, qvanqvam mollioribus verbis foveant tradantqve, una cum illis à Calvino Hymenæi atqve Phileti socii constituuntur. Tam egregie ergo steterè Chiliastæ, tam feliciter declamationes contra nos hactenus instituêre, ut omnia illa contra nos hactenus dicta, in ipsos resonent, inqve se dicta videant.

Qvod ut clarius fiat, dubiis & exceptionibus nonnullis satisfaciam. Excipient Chiliastæ, 1. *Hos esse Libertinos contra quos scripsit Calvinus, nec ea verba ferire Chiliastas.* R. Scribit Calvinus contra Fanaticos & Anabaptistas, eosqve in duas potissimum distingvit classes, seu sectas, de qvibus ipse Calvinus *Brev. Instruct. adversus Error. Comm. Sect. Anabapt.* p. m. 469. *Ad duas Sectas præcipuas reducta sunt omnia, quarum una, etsi multis erroribus impiis & pernicioſis referta*

referta est, majorem tamen simplicitatem retinet. Saltem enim S doctrinæ libros probat, nobiscum recipit. Si cum ejus sectatoribus aliquid tractandum est, quid cum eis sit disfidii, intelligi potest, quid animo conceperint, declarant, ac tandem in quo conventum sit, quæ superfit controversia percipitur. Altera est veluti implicatissimus labyrinthus deliriorum, & quidem adeo absurdorum, ut mirum sit, creaturas figuram humanam gerentes ita ratione & sensui destitui, ut in eas incidant imaginationes à quibus bestiæ ipsæ mutæ abhorrent: Hæc secta Libertinorum appellatur qui se adeo spirituales simulant, ut nihilo pluris faciant SS. verbum Dei, quam fabulas, nisi cum ipsis visum est, idque ita possunt depravare, ut diabolicis suis opinionibus violenter servire cogant, & hi sermonis quoddam genus habent, quo quid effari velint, intelligi non potest, neque etiam seipsos intelligunt. Contra hos fanaticos itaqve scribit Calvinus, & licet eos in diversas dividat sectas, manet tamen una eademqve radix, fanaticismus & Anabaptismus, ex quo utraqve orta est. Vel si Chiliastæ adeo exercitati atqve versitati sunt in Calvini scriptis, ostendant, hos non esse fanaticos & Anabaptistas. Sane tam late se diffudit hoc Monasterienſe venenum, ut omnes ferme regiones infecerit. De Anglia videri potest *Seckendorf. Hist. Lutheranis lib. III. Sect. 17. §. LXVI.* p. m. 151. Edit. Lipſ. 1694 De Batavio loqvi, esset soli lucem præferri; perveniſſe qvoqve in Galliam, testatur Calvinus in scripto modo citato. Quis erat *Coppinus* Insulanus? nonne vir *indoctus*, & *horum fanaticorum caput*? Qvis erat *Antonius Pocquius*? Qvis *Quintinus* nonne ex *sartoribus Doctores*? *qui delicate & molliter vivere volebant, nec sibi convenire labores putabant.* vid. Calvin. p. 510. ſ. Sic imitati sunt Johannis à Leyden mores, cujus & impia dogmata disseminabant. In his reviviscunt nostri Chiliastæ, amant mollem atqve delicatam vitam, nuncium mittunt nonnulli suis opificiis, in diem vivunt, ad consumendas fruges nati; & ipse Calvinus expressis

pressis verbis eos *fanaticos* appellat cum statim in limine p. m. 506, tum p. 563. Nec desunt alii qvi eosdem inter Anabaptistas referunt. Ut de *Coppino* & *Quintino* inprimis loqvar, ii juxta *Micrælium Syntagm. Hist. lib. III. Sect. 11. p. m. 863.* ex Anabaptistis originem traxêre, & cum Coppinus extremum supplicium Tornaci subiisset, vestigia ejus legit Quintinus e Picardia hinc novum Qvintinistarum nomen. De *Antonio Pocquio* loqvitur *Gesnerus in Bibliothec. Contract.* p. m. 66. b. quod fuerit asseclа sectæ Anabaptistarum Libertinorum. Hinc qvoqve apud *Wigandum* de Anabaptis. p. m. 16. s. Libertini ipsis Anabaptistis adnumerantur. Consule quoqve Stockmann Elucidar. Hæres. p. 219. ubi Anabaptistarum & Enthusiastarum proles vocantur, quorumqve dogmata maxima ex parte cum Anabaptistarum Monasterienſium conveniunt. Nam ut recte omnino ait *Calvinus* p. 469. *ista* (Fanaticorum) *colluvies aliis hæreticorum sectis in eo differt, quod non tantum certis in rebus erraverit, verum sit immensum quoddam stupendorum deliriorum mare, adeo, ut vix unius Anabaptistæ caput reperiri possit, quod non sit imbutum aliqua opinione diversa à reliquis*, ideoqve loqvente *Wigando* l. c. p. 15. *vix duo aut tres Anabaptistæ diligenter examinati in omnibus partibus suæ doctrinæ consentiunt, qua quidem de causa non raro se invicem excommunicant, &c.* Qvi mos & hodie inter fanaticos viget vide auctorem de l'Histoire abregeé. c. 4. p. m. 15. s. Mirarer autem majorem in modum, si Chiliastæ ita traducerent Libertinos. Sane si eorum antesignanus D. Petersen pergit Fratres Rosæ crucis, Puccium, Postellum, Campanellam, aliosqve hujus sortis defendere, næ more Qvackerorum hodiernorum Libertinissmum aperta janua introducit, de quo, Bono cum Deo, in altera Parte *Desperatæ Chiliast. Causæ* sum acturus. Interim hoc evictum immotumqve permanet, hos Libertinos contra quos Calvinus scripsit, Anabaptistas esse, & cum hi Chiliastarum nostro-

rum avi proaviqve sint, vident clare, qvos majores habuerint, quoqve consortio & ipsimet digni sint.

Nec est qvod dicant, *Monasterienses futuram resurrectionem non negasse.* R. nec eam Qvintinus ejusqve socii absolute & directe negabant, sed obliqve & indirecte infringebant, cum affirmarent, hominem scire, animam suam esse spiritum immortalem, perpetuo viventem in cœlis, ac Christum morte sua opinationem abolevisse; eaqve ratione nobis restituisse vitam. Qvæ si conferantur cum Monasterienſium nugis, non longe ab illis abeunt. Nam cum se puros, mereqve spirituales venditarent. vid. *Wigand.* l. c. p. m. 15, f. 78. f. 157. allegorica qvædam resurrectio facilis & prompta erat. Qvæso! mortua radice mortis, nempe peccato, quid residuum erat? qua homini mors accelerari potuisset? Adeoqve cum ex sua mataeologia hos fructus progerminare viderent, quibus & vitæ perfectionem, & impetrationem regni Christi adhuc in his terris sibi certissime promittebant, vide *Wigand.* p. m. 348, *Seckendorf.* Hist. *Lutheranis. lib. 1. Sect.* 61. §. CLXXVI. p. m. 305. vivos se ad illud regnum Chiliasticum perventuros esse credebant. Hinc quoqve splendidus ille apparatus regius, tanquam umbra futuri regni apud *Wigandum* p. m. 343. Electio XII. Virorum, quibus Reipublicæ cura demandabatur. *Wigand.* p. 340, Electio Reginæ præ aliis concubinis. p. 344. & regalis pompa, l. c. jus cudendi monetam cujus auream vide l. c. Hinc regni quoqve insignia l. c. & 343. &c. &c. Hæc qui intuetur, mecum omnino asseret, nil reliquum esse, quam ut male sani ex hoc umbratili regno in chiliasticum illud vivi intrent.

Frustraneus quoqve erit eorum conatus, si concedere nolunt, *Monasterienses non posse vocari impuros canes*; Conferant id inter se Calvinus & Wigandus, apud quos eadem plane lego. Evolvat rogo B. L. Calvinum l. c. cap. XX. p. m. 544. ad 548, conciliet rogo cum iis, quæ Wigandus l. c. affert, eandem impurita-

puritatem inveniet. De effrenata libidine Johannis à Leyden agit *Wigandus* p 341, 344, 359, de stupris puellarum duodecim, tredecim, &c. annorum p. 349, de communione mulierum p. 7. horumqve impurissimorum canum seges reperitur inprimis in Scotia, & partim in ipsa Anglia.

Inprimis autem urgebunt nostri Chiliastæ, *se diu nuncium misisse Monasterienſibus, nihilque commertii sibi cum illis esse.* Resp. 1. Ista protestatio parum valet, cum eadem somnia ab illis ficta tanta cum lætitia à Chiliastis nostris suscipiuntur. Nonne idem figmentum de regno Christi in his terris futuro? Nonne idem somnium pestiferum, omnes Anti Chiliastas ante adventum hujus regni esse delendos? quod autem non ita apertam Bonorum mulierumqve communionem introducant, nec armata manu ad hoc regnum viam sternant, jam detegit auctor de l'Histoire abregée c. 1. p. 7. *le ſuccez tragique des Enthouſiaſtes de Munſter & du reſte de l'Allemagne l'ont rendu ſage. Sans cela nous verrions autant de Rois Anabaptiſtes, & fanatiques, que des Villes, ou il y auroit des Kouakers, & qui s'y pouroient cantonner.* Pen. *ſe feroit Roy de Londres auſſi bien que de ſa Philadelphie* Barclay *ſe feroit Roy d'Edembourg &* Furlhy *de Rotterdam.* (11.) Nec ipsi Anabaptistæ displicent Fanaticis. Independentes in Anglia *Anabaptiſmum pro tolerabili errore habent Hornius Hiſt. Eccleſ.* Period. III. Artic. III. §. LI. p. m. 283. Eorum Monasterienſium sententiam non rejicit *Seidenbecher.* Chiliasm. S. p. m. 417. So wüste ich gleichwol nicht/ was böses an ihnen solte gewesen seyn; Ob sie nun schon an der Zeit und an andern circumstantien gefehlet haben quibus saltem modum improbare videtur, sententiam eorum firmiter retinens atqve defendens. Et ipse D. Peterſen *Nubecula* sua lib. III. p. 8. lemmata libri eorum de *Myſteriis Scripturæ*, innocentissima verba vocat, cum tamen sit ejusdem argumenti cum *Reſtitutionis* libro. vid. *Wigand. de Anabapt.* p. m. 351, in quo seditiosa illa

consilia cuderant. vid. *Wigand.* p. 345. Hinc cum ea lemmata velut innocentissima verba commendat, non potest non eadem sangvinaria consilia commendare. Et qvid verba perdo? eadem scaturigo invenitur apud nostros fanaticos, qvæ olim fuit apud Monasterienses, ex qva tam lutosa & veneno infecta principia promanarunt. O qvam egregie describit *Hornius* l. c. fructus Chiliasmi, sic ajens p. m. 332. *Jam Chiliasticum illud dogma de regno Christi in hac terra facillime homines ad novas sectas abstrahit, ubi velut ad Sirenum scopulos dulcedine promissorum hærent.*

Sic didicimus ex Calvino, qui Hymenæi atqve Phileti sodales sint, sic detegit Calvinus Chiliastarum latebras, hactenus occultatas; Surgite nunc Millenarii hodierni, accedite ad doctissimum Calvinum, contra avos, proavosqve vestros summa cum laude certantem, percipite, quorum consortio & avos vestros & vos dignos judicet, Hymenæi atqve Phileti. Ne irascamini rogo, tanto Viro, ne devovete illum diabolo, ceu hactenus omnes Anti Chiliastas devovere amastis. Veritatem protulit; quare lueret pœnas? probavit vera esse, quæ dixit, quare vos in dubium illud vocabitis? Nunc quæso cernite vestra arma, aspicite vestra tela, perpendite vestras debachationes, ruminate insulsas vestras vociferationes; Omnia contra vos certant, & qui Anti-Chiliastas Hymenæi atqve Phileti Sodales esse voluistis, ipsi eorum consortes evaditis. Agite ergo, obviam ite vestris sociis, oscula figite vobis invicem fratrum more, gratulatur sibi Hymenæus, lætatur Philetus se jam certo nosse, Chiliastas & Fanaticos suos esse socios, atq; fratres. Hic ergo fuit vester Labyrinthus inextricabilis, ex quo remeare dabitur vobis nunqvam, nec invenietur

FINIS.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn796447519/phys_0072
DFG

VIRIS

, Amplißimis, Maximè Reve-
do & Excellentißimis,

ASTIANO GERIKENS,
rrimo & Reip. Lubecenſis Senatori,
ANNI NOLTHO,
edic. Doctori feliciſſimo, Reip.
Lübecenſis Phyſico,
PETRO STEINIO,
id. ædem Paſtori vigilantiſſimo.
SCHABBELIANI Curatoribus
dexterrimis,
Eccleſia Patriâ præclariſſimè meritis,
utoribus ſuis pl. colendis
S. P. P.

Acile mihi, ſpe-
ro, veniam dabitis,
Viri Ampliſſimi, qvod Veſtro
Nomini hactenus ignotus,
hanc publicam epiſtolam ad
Vos ſcribo; ſeqvor exemplum
optimè de me meriti præce-
ptoris, haud ita pridem cœli-
tum conſortio aſſociati, D.
SEBASTIANI SCHMIDII,
ſſoribus Veſtris ſubinde gratularetur
alitatem in juvenes perfectioribus ſtu-

)(diis